

ORATIONES  
Christophori Finotti Veneti  
Senatus Decr. Publici  
Professoris.

*Ad Illustriſſ. & Reuerendiss. D. D.  
JOANNEM THEVPLVM  
Venetiarum Patriarcham  
Dignissimum.*

VENETIIS  
APVD PETRVM DE FARRIS  
M D C XIX.



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo


Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



# ORATIONES

Christophori Finotti Veneti  
Senatus Decr. Publici  
Professoris.

Ad Illustriss. & Reverendiss. D.D.  
JOANNEM THEOPULVM  
Venetiarum Patriarcham  
Dignissimum.



VENETIIS

APVD PETRVM DE FARRIS  
M.D.C.XIX.

LIBRARISSIMO  
 ET RHEINISCI  
 VITAE LIBERATIONIS  
 ET REFORMATI  
 LIBRARISSIMO  
 CENSUS LIBRARIAE

CENSUS LIBRARIAE

ANNO MDCCLXV  
 LIBRARISSIMO  
 ET RHEINISCI  
 VITAE LIBERATIONIS  
 ET REFORMATI  
 LIBRARISSIMO  
 CENSUS LIBRARIAE



ILLVSTRISSIMO,  
ET REVERENDISSIMO  
D.D.Ioanni Theupulo Vene-  
tiarum Patriarchæ  
Dignissimo.

Christophorus Finottus Venetus S.D.



PPORTVNNE ac-  
cidit, Ioannes Pra-  
sul Illustrissime, ut  
quod tempore oratio-  
nes meas aliquot ty-  
pis mandarem, Pa-  
triarchali Venetie-  
rum Dignitate Am-  
plissima, divino quo  
dam confito donareris. Quo scilicet hasitan-  
ti mihi, atque animo in incitum distracto,  
cuim eas nominis nuncuparem, tu ipse occur-  
reres preter alia nomina, qua digna sunt  
omni laude, tanto splendore ornatus, qui om-  
nem hasitationem eximeres, & cui grati hoc  
manuscultum animi, obseruantiaque singu-  
lariis meæ testimonium et si minimum conse-  
cram. Projecto ut de te dicam, tibi quid  
accidere poterat gloriöfus, quam ut post opsi-

A 2 m.e

ad hanc administratam D. Marii Adonis  
familiam, regadum exemplarumq[ue] i[n] s[ecundu]m  
suo operis p[ro]cessu, post additum eidentur.  
Tertius vero confido, ut ex opera, exponetis u[er]o  
praeceptis pateterrimis maximis ordinis  
potest horum Sanctissimum Virginis Panormicae  
Dicit: O Sacraissimum Reliquiarum p[re]s-  
entia amplificatrix, ad cuiusque uocem totum  
Ecclesiarum Kapitulorum agendum;  
spernatur et uidebitur a nobis imperium, n[on]  
Sedens, sed quiescens Patriarchalem Angustissimam  
viam dominica vocem? Quo undeles es u[er]o  
ille uocatus? Et sic uocata tuus quiscentia  
tis exanimis locis (n[on] affudatur quoniam iam)  
Certe amplexu corporis, tunc fera diuina illa  
cessare. Malle ex quo disopportunitas quid rorat  
quod est, quod ut tribus annos extiterat, annos  
duo ac p[ro]p[ter] modum triumplorū p[ro]p[ter] u[er]ant  
enti Amplitudine testimonium, nam non nota  
erga te obseruantia meis hisce praetunculis,  
quantula ille sint, argumentum preberem?  
Certe si splendoris aliquid operandum erat,  
qui mearum umbras vigiliarum illustraret,  
sequitacite sperandum opis, Et patrociny,  
quod defendere, te auspice, te iuuante, tuo  
patrocinante nomine operandum, Et speran-  
dum erat. Tua enim recens Patriarchalis Dis-  
gnitas, se quid fuerit tenetarum, caliginis gra-  
merit-

meridianam prope Solis lucem levitera diffusa  
let; Et Marias illa tua Argentifera, fama  
magis Astorica, si quid obsterit, prius  
erit, Et quicquid fuerit in hac re aducisti, fac  
cile propulsabis. Nola tecum hic pectora, sua  
pietatis, religionis, etiagi virtutes ostendere  
Et laudos maximas recensendo, que uel in iusti  
tum me adducere potuissent, ne zibi Morem atra  
tice amplius non tam fructus bascivitatio-  
rum conferarem, quam a Presule Maximo  
patractis ut implorarem. Sat is habeo, uel  
tibit dilectio. Amplissimo Patriarcha uia  
coffe, tuncne Te beatus uerbi Optime di-  
coffai resupponitur ea, quae yales, humectas  
et adductas inueniuntur, quae receptum sunt  
fons de benignitate domini nostri Iesu Christi, ac  
miliae ducundum instar claram uocem  
tuorum exquisitum offuscant. Ad hanc  
Vadim minorem, minorem sit subtiliter, et  
ut latenter est, cum amictuq; aperte  
e mordeat mutare regre, tunc sibi a latroneq;  
e latro mordetque hispida uirgineaq; in seruo  
et variculis amictuq; levigata per regnum ipsius  
episcopatus. Et rite suscipit vesti auctoribus  
dat, et manuist, ex quo in, uerba dicta boni  
scariq; Et, uerba bona, uerba bona, uerba bona  
et uerba bona, uerba bona, uerba bona, uerba bona  
et uerba bona, uerba bona, uerba bona, uerba bona  
**I**  
1730

IN LAUDEM  
ILLVSTRISSIMI  
ET REVERENDISSIMI  
D. D. Ioannis Theopoli Ve-  
netarum Patriarchæ Di-  
gnissimi Emblema.

Pelicanus scipsum exulcerans, ve pullos seruans.

Ex Historijs Naturalibus.



Xanthos alis lacrymat mem-  
phiticas fatus,  
Primitaque parent etiam agre-  
motas.

Mox id est vulneri febris pra-  
cordia rostro,  
Exemplum Venetæ Tollatim Pragile dignum;  
Et digna exempla mentis sive Pontificis  
Fidite iam Veneti; vitalia dona misericordie  
Si libet ergo suo sanguine perfundere Quod



Sed

Aliud

Aliud. I M  
A N G E L V S C Y M T V B A.  
Ex Apoc. cap. 8,

A M I L E T H  
Ligera de tuba, Poli pulcherrimus  
ales  
Ex claro fusa personat ere tuba.  
Concussum sonitque aris Cælum omne  
resultat.

Et sape iam Tellus, vox iterata redit.  
Cælum esto vestrâ Urbs, Veneti, nouus Aliger esto  
Præsul; statque adeò Præfuge ora tuba.  
Ora sonant, Cælum resonat, concussum omne attinet,  
Et saepe à Cælo tuba resurget.

S A N S O N Q. V. Aliud  
A S E L L I  
mandibula mille incensicis Philiſcos  
et amicis. Ex lib. Lulli. T. 15. p. 20. l. 1. q. 3.  
In nos genito et omne pugnacis Dra  
conis, et tunc in nos, tunc in tubis  
et tubis ducim, venit. Ordinis ha  
bet?

Aspice, mandibulam quād belle versat Aselli,  
Chettos illōs mille tuo funde humi.  
Vos agē nunc, et gaudi prodite ad praesta Manes,  
Seuaque Tarareci bellatrixete Manes;  
Sanson Præsul erit Marte Inuictissimus alter,  
Et pugnare potens Infera Castrateret.

bulla

A D

AD EXCELLENTISSIMVM  
D. Christophorum Finottum  
Francisci Ruggerij  
Epigramma.

**D**uitias animi gemino quas munere  
pandit  
Finotte, excelsi lingua diserta cui?  
Inde Pericleo nam sydere fulminas,  
inde

Maconio licuo grandius ore sonat:  
Vtrinque inuitos predatur pectore sensus,  
Et se se insinuat blanda, verenda animis.  
I, celebri ingentem iam vincas nomine famam,  
Es Maro qui licet, Tullius eloquio.



SERENISSIMO  
VENETIARVM  
D V C I

ANTONIO PRIOL  
*in eius Creatione Gratulatio.*



ECENS hæc tua  
in Senatu Veneto  
dignitas Augustissima,  
ANTONI  
PRIOLE PRIN-  
CEPS OPTIME,  
AC SERENIS-  
SIME , tantum  
sanè voluptatis,&

gaudij non bonis solum Ciuibis , sed Po-  
pulo planè vniuerso , & Orbi Terrarum  
peperit , quantum apud omnes expecta-  
tionis , & spei tua iampridem virtus , tua  
omni cogitatione maiora merita concita-  
rant. Quis est enim Terræ angulus tam oc-

A cultus,

CHRISTOPHORI FINOTTI  
cultus, & deuius, tam longinquus, & remotus, quò cùm fama perueraserit pulcherrimarum actionum, quas honorifice per omnem vitam egisti, maximorum itinerum, quæ libentissimè publicarum rerum causa confecisti, honestissimorum laborum, quos Senatui, Patribus, Patriæ, magno cum amoris, ac fidei testimonio impendisti, eodem simul spes optima, & amplissima non penetrarit, fore tandem, ANTONI SERENISSIME, post longam tuorum meritorum seriem, post magnam laborum molem, post ingentem rerum gestarum ordinem, post summam omnium votorum, ac desideriorum expectationem, ut eo te gradu dignitatis amplissimo cunulatum videret Orbis, quo in Republica Veneta nullus est planè honorifcentior, nullus maior; qui solus apud exteros & inuidendus, & metuendus, cui amplitudo ipsa regia, dignitas, & maiestas, amantiori, ac mitiori Ducis titulo demandatur? Et penetrauit profectò admirabili iamdudum celeritate ad remotissimas etiam gentes celebratissimi tui nominis fama; cui tamen non illud contigit, quod ventis solet; qui cùm ijs in locis, unde oriuntur, ac veniunt, vehementi spiritu deferantur, ad regiones longin-

ORATIO I.

solanginas, & oras fracti ferè, ac debilitati perueniunt; sed quod ingentibus, vastis-  
què fluminibus, quæ ab ortu ipso magno  
cùm alveo deportentur, perpetuo tamen  
aucta, & amplificata progressu, ob inciden-  
tem torrentium mūltorum, & aquarum co-  
piam, eò maiores vndas, & fluctus voluunt,  
eò capacioribus, & grandioribus alveis de-  
feruntur, quò longius, ac distantius suis è  
fontibus, & capitibus recesserunt. Ita enim  
Princeps Augustissime, tuarum virtutum,  
& meritorum fama, quæ ortum habet Ve-  
netijs, in hac videlicet Vrbe Vrbium Princi-  
pe Illustrissimum, non propterea frangi,  
debilitariè potuit, quòd longissimum ter-  
rae spatium, regionis maximum interual-  
lum, intermisso nunquam cursu celerrimè  
permearit; sed tantò grandior, amplior-  
què euasit, quantò in diem plures, ac per-  
petuas ferè itinerum tuorum, laborum, me-  
ritorum accessiones, quòcumque progre-  
deretur, accepit. Vt eam ob rem beatum te  
agnoscant homines, ac mortalium propè  
omnium fortunatissimum prædicent, tum  
alijs certè nominibus & multis, & magnis,  
tum eo præsertim plusquam admirabili, ac  
ferè diuino, quod est tibi commune cum  
paucis; quòd vbiique gentium ac locorum

A 2 hone-

CHRISTOPHORI FINOTTI

honestissimam de te famam, & opinionem  
laudatissimam excitasti, quam & tu solus  
sustinere possis, & inuidere permulti op-  
tent, nulla nec diuturnitate temporum, nec  
inuidorum malevolentia, gratissimis ex  
animis euellendam. Quid ergo mirum,  
tanta omnes animorum alacritate, tanta  
Venetiarum Vrbem in primis voluptate,  
recenten Principatus tui nuncium accepis-  
se, & concepti ex ea re gaudij vim incredi-  
bilem, externis etiam spectaculorum signis,  
acclamacionibus, orationibus, omnium  
concursu ordinum declarasse? Lætantur  
populi, Princeps Optimus, ac iure lætantur,  
virtutum rationem, laborum, ac merito-  
rum haberi tandem cœpisse. Gestiunt ani-  
mo, & exultant, expectationem honoris tui  
multò antè à se conceptam, tametsi serius,  
quam debebat, haudquaquam frustratam  
esse. Gratulantur etiam, atque etiam ve-  
hementer non tam tibi, qui summum ho-  
norem, summis iampridem tuis virtutibus  
debitum, tandem aliquando adeptus es,  
quam Vrbi Venetiarum, & Patriæ, quæ ta-  
lem, ac tantum Principem, pacis amantem,  
Iustitiae vindicem, æquitatis custodem, ser-  
uatorem iuris, & legum nacta est; quam si-  
bietiam ipsis, qui tuo ex Principatu Patriæ  
conser-

conseruationem, Vrbis tranquillitatem, dignitatis accessionem, annonæ vilitatem, animorum denique consolationem admirabilem augurantur. Et verò intuere, ote, Princeps Serenissime, lētis oculis gestientem Senatum, aspice exultantem Populum, applaudentem Patriam contemplare, Patritios, Cities, viros, fœminas, senes, infantes, omnem sexum, omnem triumphantem ordinem contuere. Tuum parauit triumphum dignitas. Audi, si libet, voculas cuiusque ætatis hominum gratulantes, sonos, clamores, carmina; quid scio, testatam omnem argumento certissimo perceptæ voluptatis significationem. Tuus ex ore gaudium, è vultu, fronte, oculis lētitiam extimis Principatus. Agnosce ex vniuersorum gratulationibus, singularem in omnibus summæ amplitudinis tuae cupiditatem. Agnosce studium tuæ dignitatis, & gloriae ardentissimum. Agnosce miram animorum propensionem, quam gratissimi omnes habent erga tua in Rempublicam amplissima merita, quibus non hic tantum honor debebatur, qui summus est, & augustissimus; sed excogitari si possit alius honorificentior multò; atque subiunior. Te sanè fortunatum, melius, te ho-

## CHRISTOPHORI FINOTTI

hominem; liber enim eo te nomine optatissimo compellare, quo nè Croesum quidem Lydorum Regem opulentissimum do nauit Solon. cum rogatus à Rege, quemquamè vidisset ipso beatiorem, Telum non minauit Atheniensem, hominem priuatum de vulgo, sed qui relicis liberis, ac nepotibus optima disciplinarum, & morum institutione imbutis, diem feliciter obiisset. Cumquè ille postulando vrgeret, cui post Telum tribueret felicitatis elogium, Cleobim, & Bitonem Argiūos fratres numeravit, qui summa cum pietatis, & innocentiae laude occubuerant. Rursum autem indignato Regi, & clamitanti, nullo me igitur in loco habes? Ego, inquit Solon, fateor te quidem opibus, & imperio supra ceteros florentem Regem; beatum prius non appellari; quam feliciter ad superos euolantis. Noluit sanè Legumlator ille sapientissimus, viuo cui piam beati titulum, & agnomen donari, quo digni non nisi post laudabilem mortem mortui videbantur. Existimabat enim dignam vitæ laudationem ab ipso potissimum viuendi termino petendam esse; & quemadmodum fabula, quæ iam præstantes habuit cæteras partes, quod corona ædientium promulgatur applausum,

# O R A T I O I

sum, extremo debet actu prestantissimo ter-  
minari; ita insignem hominis vitam, quae  
felix, & gloria dicens sit, finem optare  
optimum, & pulcherrimum; qui si absit,  
quam non laudabilem, non beatam, sed tur-  
pem, miseram appellari. Sic Solon suo tem-  
pore sapienter, quo fundamentum veræ fe-  
licitatis, Christiana deerat fides. At nunc  
verò concepta iam inde à primis annis di-  
uinæ fide, quæ iuxta Pauli Apostolorum  
Principis, ac Gentium Doctoris verba, ea-  
rum est rerum substantia, quas sperare de-  
bemus, liceat, liceat futuram velut præsa-  
giendo, bonisque aibus ominando æter-  
nam felicitatem, beatum in Terris pium ho-  
minem, atque optimum Principem appel-  
lare. Te ergò rursus Principem beatissi-  
mum, qui non maiorem habes, ut ex recens-  
ti tua dignitate lætitiam haurias, quam ex  
ingenti aliorum gaudio voluptatem. Gau-  
de verò exultanti animo, quantum potes,  
lætare, & alienam hilaritatem tuo ipsius  
gaudio comitare. Vide te in eo positum  
summō gradu, qui tibi est ad gloriam, ad  
commendationem, ad æternitatem amplis-  
sime; in eo dignitatum fastigio colloca-  
tum, unde magis eluceat existimatio tua,  
tua virtus; & que iampridem velut Sole exo-

A 4 riens,

**CHRISTOPHORI FINOTTI**  
iens , caliginem tenebrarum ab Vrbe Ve-  
netiarum tota dispulit fulgore clarissimo ,  
eadem modò tamquam meridie , flammis  
vndique concrecentibus , radios effundat  
illustriores . Dicam verbo , Venetiarum  
Princeps creatus es . Honor ea re tibi , &  
onus delatum est ; & ille quidem augustissimus ,  
hoc autem grauissimum . Nimirum  
talis , Antoni , videris esse , qui & honorem  
dignè habere possis , & onus laudabiliter  
sustinere . Quid enim , bone Deus , deesse  
tibi potest ad meritum ? quid ad amplitu-  
dinem ? quid ad gloriam ? Num gemitis  
dignitas ? at hęc in Orbe cantatissima . Num  
gerendarum rerum prudentia ? at compre-  
bata haec vsu , & testatissima . Num sapien-  
tiæ ; & intelligentiæ laus ? At hęc nemini  
non perspicua . Num cursus honorum fa-  
cilis , ad immortalitatem paratus ? At suo  
etiam nomine celebratissimus . Quid plu-  
ra ? Regiæ omnes dotes , ac virtutes excel-  
lenti Principe Venetiarum dignæ , tanta in-  
te claritate collucent , vt mentis cuiusque  
oculos intuentes , Solis instar , radiotum  
luce perstringant . Patere , quæso , pertuam  
humanitatem Princeps sapientissime , sine  
animi tui molestia nonnihil me gratulan-  
tem dicere . Et quamquam ex coru[m] tu nu-  
mero

mero es, qui pro sua moderatione animi alienas laudes libentius audire volunt, quam suas, tribue mihi tamen hoc beneficium, ut dum partem tuarum laudum furtem attingo, pro tua benignitate dictionis meæ cursus aura lenitatis, ac facilitatis tuæ adiuuetur. Ex ea enim ANTONI SERENISSIME, Familiae vetustissimæ, atque eiusdem Illustrissimæ claritate prodijisti, cuius opera, & virtute vna cum multis alijs mille, & amplius ante annis, in istis Superi Maris æstuarijs, atque insulis, quæ in intimo hoc sinus Adriatici recessu iacent, Ciuitas, Respublica, libertas Venetiarum mirabiliter vel inchoata est, vel constituta; quæque in Gentem aucta Priolam, usque ad hoc tempus Purpuratorum hominum, Ducum, Imperatorum, Principum quæ insignibus, alijsquæ honoribus Urbani, Nauali Imperio, rerum gestarum gloria, Cardinalium purpura, & Episcoporum insulis illustris continuata permanxit. Fundamentum iecit verè Regium Rex ille Pannonum Aloysius Priolus, historiarum monumentis quam celeberrimus, cuius ad hunc etiam diem tuis in Aedibus honestissimis, nummi aliquot tanti Regis effigie, ac nomine obsignati, summa cum vetusta-

tis,

CHRISTOPHORI FINOTTI  
tis, & Priolæ Familia laude seruantur. In-  
crementum adiectere multa, Legationes,  
Præturæ, Purpuræ, Præfecturæ, Ostrum, In-  
fulæ, Principatus. Quid enim Ludouicum  
Priolum magni nominis memorem? qui  
grauissimis de rebus acturus, in Britanniam  
ad Regem missus, Brixensis Ciuitatis Epi-  
scopus quamuis absens declaratus, post re-  
ditum Veronæ Episcopatu nobilissimo est  
decoratus. Quid Illustrissimum tuum Pa-  
trium Eracleæ primò Antistitem, mox Vin-  
centię Episcopum Marchequi nomine repe-  
tam? cui vita sanctimonia, morum integri-  
tas, animique magnificèntia, ad summum  
quemuis honorem in Ecclesia Dei fecisset  
viam, ni præpropera nimis, & immatura  
morte, quando spes longè maior dignita-  
tis offerebatur, summo cum mærore om-  
nium præceptus esset. Quid Michaelem  
tuum Fratrem recensem, Virum & in Re-  
publica Veneta, & in Ecclesiastica planè  
Primarium? qui delatis à Pontifice Maxi-  
mo honorificentissimis Legationibus ob-  
eundis, Cardinalitiam sanè dignitatem me-  
reri potuit, morte præuerente habere non  
potuit. Dignissimus tamen communis opi-  
nione, qui non eo solum titulo, sed Ponti-  
ficatu Maximo decoratus, clavum Christia-

O R A T I O . I.

hæ totius Reipublicæ regeret, & Vicariam  
in Terris Personam Christi sustineret. Quid  
Laurentium Cardinalem Amplissimum, Ve-  
netum Patriarcam enumereim? qui post di-  
gnitates Reipublicæ præstantissimas, post  
relieta foris, & domi consilij, sapientiae,  
bonitatis, & fidei monumenta, diuinitus  
aliò euocatus. Pastor est factus Gregis hu-  
ijs hominum multæ centena millia conti-  
nentis, & Gubernator ad Ecclesiam Venetiæ  
elatum sedit, tamquam nauis in hoc peri-  
culoso Mundi salo fluctuantis; nec multò  
post in Cardinalium Romanorum Colle-  
gium cooptatus, magno, ut existimaba-  
tur, Christianæ Reipublicæ bono natus; cu-  
ius deinde obitu permagnum Italiz ornæ-  
mentum, & pæclarum Venetiæ Reipublicæ  
lumen extinctum est. Hæ sunt insulæ, Prin-  
ceps Serenissime, hæ Pontificie dignitates,  
hæ purpuzæ, quæ tuam Priolorum Fami-  
liam Illustrissimam quam maximè cohon-  
ebant. Quibus cur libenter non addam, que  
ma videtur propria, quia Filij, vel potius  
utrinque communis, quod Naturæ lege, &  
Parentum bona omnia redundant in libe-  
ros, & liberorum omnia commoda Pare-  
tibus esse solent communia? Iam & illud è  
Sacrarum historiarum libris accepimus, Pa-  
tentest

# CHRISTOPHORI FINOTTI

rentes optimorum filiorum sapientia, & insignibus gloriæ plurimum commendari.  
Quid? quod senis obeuntis solatum, benè imbutum, gloriolæ studiosum filium appellabat Antoninus ille Imperator, qui agnominé dicebatur ob pietatem Pius?  
Tuum ergo, ANTONI, in hactua iam senili ætate singulare solatum, tua maxima non ita multis concessa dignitas, & voluptas, Matthæum filium in Augustissimo illo Cardinalium cœtu, sacra illa purpura coruscantem, Paulo Quinto Pontifici Maximo, & Sanctissimio Petri Duci Apostolorum vicem gerenti adstante, maximarum rerum curam impertitam gloriose susciperre, ac feliciter summa cum Orbis admiratione Personam tueri Principis, & Principis Christiani, qui habeat summæ proximam dignitatem. Hæc ornamenta Gentis Priolæ Illustrissima, hoc tuum ANTONI decus longè clarissimum, quo ut diu fruaris, ac viciissim tuo ille Principatu fruantur diu, pro tua salute, eiusquæ incolumitate, Deo Immortali est quam sepiissime supplicandum. Sed & aliundè magna, & incredibilis in Priolam domū dimanat laus. E fratrum duorum scilicet gloria, Lauren-  
tij, & Hieronimi Principum Venetorum:  
quo-

## O R A T I O I.

7

quorum quanta esset virtus, quanta apud omnes existimatio, vel ex eo uno potest intelligi, quod in alterius demortui Principis locum, Senatorum ordo ille amplissimus, suffragijs omnibus alterum ingenti cum Vrbis applausu subrogauit. Nam quid opus minora illa in Gente Priola, tametsi per se maxima numerare? Imperatores Franciscos rei maritimæ prudentissimos, Ducees in Cretensi Regno admirabiles Nicolaos, Procuratores amplissimos Ioannes, Petros, Franciscos, Aloysios, Ludouicos, ac postremò Auum tuum Antonium, qui cum ætatis annum ageret sextum supra trigesimum, Procuratoria dignitate ornatus est? Quid Parentem tuum Virum nominem Illustrissimum, qui & Brixensem magna cum laudatione Vrbem, & Patauinam pestilentia tempestate, admiratione omnium incredibili administravit? Nolo, nolo Princeps Inuictissime, ijs te hoc tempore laudibus onerare; quæ ita sunt in ore hominum, ut recitatione non egeant, præsertim communes. Venio ad illas tuas, quæ omnem iamdiu Orbem Terrarum implerunt tui nominis fama. Tu enim ab hac perenni, & domi, forisque contestata maiorum gloria, & constanti officio erga Rempublicam

Vene-

# CHRISTOPHORI FINOTTI

Venetam profectus es; atque ita profectus,  
ut etiam si præclari generis ornamenta de-  
fuisserent, quæ affuerunt innumera, summum  
ipse generi ornamentum esse posse, & tua-  
rum splendore virtutum afferre lucem ma-  
joribus etiam obscurissimis. Etsi enim ado-  
lescens primò eras, atque adeò puer, tua  
tamen præclara indoles faustis nutrita sub  
penetralibus, in dictis, factisque ita eluce-  
bat, ut eorum similia deberent æquales vi-  
dere, cùm discerent, optare parentes, ac  
moderatores edere, cùm docerent. Nimi-  
rum noueras, & quia ludos litterarios, &  
gymnasia frequentabas, optimè nouerás,  
benè educandam à primis annis adolescen-  
tiā, bonis & litteris, & moribus infor-  
mandam; quod ex ea tanquam ex herbe-  
scenti semente spes vera concipi solet futu-  
re messis. Sciebas iuuentutem ad reliquum  
vitæ cursum, tanquam prima illa saxa, lapi-  
des, lateresque conferri, qui cum cemento  
in fundamenta mænium, ac domorum ia-  
ciuntur, quibus parietes ædis publicæ, ac  
priuatæ nixæ fundamentis excitantur; vel  
qui certè ad prospectum, & faciem in exte-  
riori domus parte collocantur. Si enim la-  
pides, qui locantur in fundamentis, infor-  
mes fuerint, quadrantur arte, aptantur, ut  
ædi-

## ORATIO I.

edificium stabile, firmum, ac bono nixum  
fundamento construatur, vt ne ruat, aut ne  
vitium faciat, cum perductum fuerit ad fa-  
stigium. Quod si rudes sunt, atque asperi,  
qui collocantur in Aedium facie, poliun-  
tur, & concinnantur, vt ad speciem orna-  
ta domus extrinsecus videatur. Ita verò  
ANTONI Augustissime, florentem tuam  
etatem contemplatus, tecum animo hunc  
in modum disputabas; si tanta in saxis, in  
lapidibus concinnatio, expolitio, cultus  
desideratur, cur non erudiantur, confor-  
mentur, perpoliantur educatione bona ado-  
lescentes ingenui, à natura litterarum, &  
doctrinarum ignari, prudentiae, & virtutis  
expertes procreati, qui lapidum instar, ac  
fundamenti debent esse in Ciuitatibus, re-  
busquè publicis? vt ne facti grandiores, in-  
domitos affectus, vitiosos mores, animos  
què segnitia, & ignorantia depravatum fe-  
rant ad Reipublicæ gradus; & pro pace di-  
scordiam, pro quiete seditionem, pro sa-  
te ruinam pariant miserandam; & quāni  
pulchritudinem maiores probi Ciues in-  
troduxerunt, conseruarunt, auxerunt, po-  
sterorum corruptorum scelis miniat, furor  
deleat, peruersitas suè deformet? Hæc ergo  
incommoda, hæc rerum & priuatarum, &  
publi-

CHRISTOPHORI FINOTTI

publicatum damna , quæ proficiscuntur è mala institutione , sapienter viçasti omni tempore , A N T O N I Princeps Serenissime; qui statim à iuuentute faciem tuis è quæ libus pulcherrimam præferendo , te totum ad sapientiam , ad eruditionem , ad honestatem , ad omne virtutum genus , ad omne decus , ad omnem gloriam laudabiliter conformatisti; quò cum accederes ad Rempublicam , tum demum belle scires , ac posses alijs imperare , & optimis Ciues legibus , sapientissimisquè institutis imbuere , cum ipse omni laude ingenij , omni morum bonorum cultu , omni genere venustatis ornatissimus appareres . Tempus me deficiat , si velim numerare omnia , quæ dixeris sapienter , quæ prudentissimè feceris , quæ doctissimè disputaris , suaferis , consulueris . Neque verò id si in paucis fecero , præstare possim sine offensione multorum . Rapit me vnum quodque ; & omnia dicere suprà vires , multa relinquere præter æquum . Nam si ad Urbanos honorum gradus aggrediar , in quibus tua mirè eluxit sapientia , obijcient se Prouinciales quamplurimi , qui tuam virtutem , & probitatem valdè commendant : Si Prouincialibus morem gessero , occurrerent magna cum ostentatione Urbani ; vt tardua

dua sancè mihi, & difficilis admodum na-  
scatur deliberatio, quid pro tempore, &  
pro modestia tua dicam, quid etiam præ-  
termittam. Nondum enim ad publica illa  
veneras Senatus comitia, ad quæ ante con-  
stitutam etatem legibus, prærogativa qua-  
dam accessisti, cum ad bellum pauale ad-  
uersus Turcarum Regem Auxiliarius, ma-  
gno militum numero cuius stipendijs com-  
parato profectus es. Vbi cum Benedictus  
Superantius Triremis Gubernator strenuus  
occubuissebat, ab Imperatore classis in demor-  
tui locum suffectus, magnam tuę virtutis,  
roboris, atque animi opinionem excitasti.  
Inde post bellum regressus in Patriam, Pra-  
fectus Pischariae Arcis munitionis designa-  
tus, mox iterum Triremis Gubernator cre-  
tus, tum alijs honoribus plurimis, quando  
per etatem licuit, Censuræ, Decem virorum  
Collegij, Magni sapientis, Consiliarij titu-  
lo, vt mittam cetera, es insignitus. Hinc  
Patauium ad exercendam Prefecturam mis-  
sus; quam Vrbem sancè nobilem, & amplissimam  
quanta cū laude, quanto cum splen-  
dore, quanta cum Ciuium tranquillitate  
administraris, testantur erecta ad perennem  
recordationem insignia, testantur Vrbis pu-  
blica monumēta, testantur priuatorum lit-

CHRISTOPHORI PINOTTI  
teræ, Orationes, Cantiunculæ, Carmina,  
quæ in omnem æternitatem tuo cum nomi-  
nante Illustrissimo perdurabunt. Vix vero  
ex ea Urbe reditum Venetias feceras, cum  
indecesso erga Patriam studio, demanda-  
tam tibi legationem longè honestissimam  
in Galliam suscipis, de Reginis nimirū Hen-  
rici Quarti inuictissimi, & Catharinae Mel-  
dices Nuptijs, Reipublicæ nomine grau-  
larem. A quo quidem Rege tuae virtutis,  
Se sapientiae amanissimo, tu insignia Equi-  
tis, quæ alijs quoque donantur omnibus;  
seportasti, cum quod tuum peculiare, ac  
per honoriſcu[m] fuit, Aurata Lilia, quæ Gen-  
tilio apponeres tuo Stemmati, propria  
Gallorum Regum insignia obtinuisti. Eo  
autem ex itinere cum Venetias redijsses,  
pursus in Consiliarium, mox in Procurato-  
rem D. Marei votorum numero planè incre-  
dibili electus es. Quod Reipublicæ factum,  
incredibile est, quantum omnium Ciuita-  
rum, Gentium, Nationum plausus exce-  
perit. Quam versè, & ex animo & vicini per  
se ipsi populi, & remoti missis priuatum  
nancijs, aequo litteris gratulati sint, Dicam  
istud, quod maius est, ANTONI Seren-  
nissime. Te anno supra mille Sexcentesimo  
tercio decimo, cum exorti quidam essent  
bello-

**O R A T I O I.**  
bellorum motus inter Magnum Duceū Sa-  
bandiaꝝ, & Mantuaꝝ Duceū, summo cum  
Imperio à Republica in continentem mis-  
sum esse. Quo in munere, quanta te pro-  
denta gesseris, quanta præfectorum, mili-  
tum, populorum admiratione, præteribo  
libenter, nè nimium tibi dare verborum  
videar. Vix tamen ex eo Imperatorio mu-  
nere in Patriam remearas, cum supremo  
militaris Ducis imperio, exteris tantum  
Principiis solito demandari, ad Carnos  
in bellum mitteris à Senatu, quod cum Fer-  
dinando Bohemiaꝝ Rege, & Austriaꝝ Ma-  
gno Duce tum temporis gerebatur. Quo  
quidem in bello tua virtute, authoritate,  
felicitate effectum est, vt arces illæ situ, &  
opere munitissimæ, quas Exclusam, Iaure-  
tum, & Pontebam vocant, in Venetam di-  
tionem venirent; vt verissimum de te illud  
sit, quod de Alexandro Rege Macedoum  
eius milites dictabant; plura vnum te uno  
mense oppida, plures Arces cepisse, quam  
alij Duces multi multorum annorum spa-  
tio occupassent. Denum in Urbe regres-  
sus, cùni duos ab hinc menses de compo-  
nendis rebus cum Ferdinando Rege agere-  
tur, Arbitr̄ delegariſ in Istriaꝝ à Senatu.  
Quo tempore dum negotia publica ita cum

CHRISTOPHORI FINOTTI

Arbitris Austriacorum agitas, vt quam som  
per habes in Oculis, Patriæ dignitas, exi  
statio, tranquillitas, atque incolumentas  
conseruetur, extinto Nicolao Donato Ve  
netiarum Duce, repente diuinitus votis vni  
uersorum, & calculis Princeps renunciaris.  
Quid faciam hoc loco Princeps Serenissi  
me? Dicamnè de Vrbis totius, Ciuium cu  
iisque ordinis voluptate? an potius con  
ceptam, quam quiuis habet, expectationem  
de felicissimo tuo Principatu declarem?  
Vtrumq; permagnum est, & amplissimum,  
longioris egens ad dicendum temporis, ma  
joris ad amplificandum eloquentiæ. Pau  
cis tamen ego vtrumque complector. Tan  
to suprema tua hæc dignitas gaudio, tanta  
omnes expectatione compleuit, vt animos  
insolita alacritate prope gestientes, in fron  
te, vultu, oculis expressos ferant; & fluuior  
rum more ægrè intra alueos aquas conti  
nentium, subnatantes quodammodo præ  
lætitia mentes erumpant. Commeant ad te  
omnes, aspice, accurrunt, conuolant ad in  
uisendum, ad salutandum, ad longioris etat  
is æuum a peccatu hilari deprecandum. Nul  
lam omnino omittunt nec pompe speciem,  
neque apparatus venustatem, neque aliam  
gratulationis argumento conceptæ volu  
ptatis

ptatis significationem; sed quam habent legi  
litiam inclusam pectoribus, eamdem ore,  
facie, tibi, Patribus, Patriæ, meliori quo  
possunt testimonio, manifestò declarant.  
Et pro tuarum virtutum fama, pro amore  
tuo, ac studio in Rempublicam, in Ciues,  
in Patriam cupidissimo, sperant fore, ut tuū  
omne consilium, officium, operam, diligen-  
tiam, quemadmodum soles, ad amplitudi-  
nem Reipublicæ, ad Senatus Veneti digni-  
tatem, ad bonum commune priuatorum  
Ciuium conferas. Hæc de te concepta est  
opinio honestissima, hæc spes apud omnes  
amplissima, quam nè sustineas, parum di-  
xi, nè vincas etiam, non diffido. Imo ad-  
mirabilis virtus tua, magnificentia, pietas,  
yt tua ego causa libenter spondeam, quic-  
quid optant, quicquid velle possunt homi-  
nes, facit. Tu Princeps Optime, ac Serenis-  
sime boni cōsule Populorum cupiditatem;  
dumque illi pro ea, quam de te habent, ex-  
pectatione certatim student dignis te lau-  
dibus commendare, meam læto animo ca-  
pe testem obseruantæ voluntatem. Dixi.

ILLVSTRISS.<sup>MO</sup>  
ET EXCELLENTISS.  
D. D. Carolo Brularto

MAGNI GALLIARVM  
*Regis apud Venetos Oratori*  
*Gratiarum actio.*



O V V M hodiernō  
die accipimus hospitiū  
Aud. Pēmaghū  
verò, & omni cūmu-  
lattim gloria, digni-  
tate, atq[ue] amplitu-  
dine hospitēti: dum  
Illustrissimum, atq[ue]

Excellentissimum Magni Galliarum Rēgis  
apud Serenissimam Rēpublicām istam  
Venetam Oratorem, Carolum Brulatum  
Leonis Principem, angusti nostri huius  
gymnasij non breuem modō, sed tenebro-  
sum angulum, clarissimo aspectus sui lu-  
mine

## O R A T I O   II.

minē illustrantem, recreantemque suscipimus. Quām æquum igitur, & rationi consentaneum est, nē tantum, & tāni præclarum hominem; tam singularem; & augustinum Principem secus; quām deceat, inturbanè tractemus, quando ita fert temporum ratio; ac benè auspicantis anni recens istud exordium, vt bonam illi, atque honestissimam strenam soluam̄us; & pro tāti splendore hospitis, tantiq[ue] magnificētrū Principis, splendidūm; ac regale instruam̄us epulum; magnificētissimumque appareamus cōuiūm. Ita enim comparatum iam v̄su est; atque instituto totius Orbis firmatum; siue inter sponſos sacerorum coniugiorum die, siue celebrandorū Lupercalium tempore, siue alterius nobilioris cuiusque, ac dignioris celebritate spectaculi, quo quemadmodum apud veteres olim fiebat, celebrari solent ad festiuitatem Vrbis, ac Ciuium hilaritateni coniuia, vt nec eodem omnes apparatu mensæ, nec ijsdē epularum lautijs, ac delitijs tractentur coniuiae; sed nobiliorem, ac secretiorem in aulam, emblematisbus distinctam, auleis ornatam, peristromatisbus conuestitam, argenteo, aureoque abaco, cultu, & sumptu; operumque claritate magnificam, excipiantur

B 4      claris-

CHRISTOPHORI FINOTTI  
clarissimi, & nobilissimi quique, ac seorsim à turba inter coronas, odores, vnguentas, pulchris etiam administratoribus ad mensam iussis consistere, mira cupediorum varietate, conquisitissimarum dapum congerie, liborum, belliorum, omni generi esculentorum, ac potulentorum ferè, multitatis subinde mensis, lyra etiam, cythara-que adhibita ad aures sonitu demulcendas recreentur. Quare si receptam nos quoque consuetudinem, & vsu Terrarum Orbis probatam, non sine graui cum imprudentia, tum auaritia nota missam facere turpiter nolumus, non parcum, ac frugale nobis, sed perquam lautum, & opiparum tuæ dignitati conueniens epulum, tuo dignum aspectu, accubituque conuiuum, Carole II-  
lustrissime, est instruendum. Et verò verè fatabor, ac liberè, ut summa tibi debemus omnia, qui summus in omni genere es, & in quo summa planè sunt omnia, ita quæ debemus, summa etiam volumus omnia, & quæ summa volumus, ac debenius, pro nostra infirmitate eadem si non possumus, quæ nostra est tamen voluntas studiosissima, posse summa omnia, mirandum in modum cupimus, & optamus. Sed quid valeamus, oro, in tanta vniuersarum rerum penuria, non enim

enim dicam, inopia? Quid viles apponere,  
atque humiles audeamus, quod humilita-  
tem, ac vilitatem non oleat? Quid demum  
in mensam dare, quod tuam hoc tempore  
deceat magnitudinem, & nostram non de-  
ceat paruitatem? Enim uero Vir Illustris-  
sime eo animo semper sumus, ac mente, qui  
tantopere ingrati animi vitium exhorresci-  
mus, ut memores officiorum, & grati, ac  
reponendæ gratiæ studiosi apud alios videa-  
mur. Itaq; quando tua causa multum quod  
volumus, pro nostra tenuitate nequaquam  
possumus, parum illud sanè quod possu-  
mus, & cupidissimè volumus, & parare  
omni studio, & opera libentissimè conten-  
demus. Quod cum accurate, studioseque  
fecerimus, & tuæ expectationi, & nostræ  
cupiditati satis fore factum opinamur.  
Quid enim, Deus bone, expectes à nobis  
amplius, & quid maius, Orator Præstantis-  
sime, si totum illud, quod situm in nobis est,  
tametsi minimum est, omni non solum con-  
tentione, sed propensione animi defera-  
mus? Celebratum ore sapientium est, mu-  
nus omne, & officium, quod cuiquam de-  
fertur, non tam rei oblatæ magnitudine,  
quam altitudine animi æstimandum. Qua-  
mobreni Myses nescio quis ille, sanè pau-  
percus

# CHRISTOPHORI FINOTTI

perculus; genere, ac conditione colonus;  
urbanitate ciuilis homo; cum ad Cyrum  
Iuniorem, siue ut malunt alij, Artoxersem  
Persarum; ac Medorum Regem potentissi-  
mum; varia certatim omnes afferreht mu-  
nera, ponderis ingentis; ac pretij; splendi-  
da, & opulenta, qualia videlicet personam,  
& malestatem Regis decerent; auro; & ar-  
gento; Tyria purpura, gemmisque hitentia;  
pyropis, vniuersibusque distincta; miro; &  
singulare artificio laborata, & celata, nec  
aliud haberet ipse in tanto & largitorum;  
& largitionum numero; quod tanquam me-  
moris, gratissimumque animi testimonium,  
& obseruantie in Regem suum argumentum  
praeberet; prouide causa manu; & in vas con-  
formatum, haustum est proximo fonte aquam  
audacissime obtulit; idque cum fecit, non  
minorem alijs quamfumuis locupletibus  
significationem dedisse sum aduersus Re-  
gem benevolentie visus est; qui, quae res si-  
bi primò ad nianum venerat, in tanta; qua  
premebatur cunctatum refutari inopia, eam  
ultra arreptam; sponte; hilariterque obla-  
tam; maxima cum omnium admiratione  
detulerat. Quod illius factum usque adeo  
Regi placuisse fertur; vt collaudatum &  
auræ hominem phiala, & doricis plus inil-

le do-

dedonarit: Spartiatæ etiam, qui quondam  
 rebus in omnibus præter Græcos omnes fru-  
 galitatem vicius, ac simplicitatem proba-  
 bant, Dionysio Siculorum Tyranno; cum  
 is Spartam venisset; ad cenam suavitato; ubi  
 sua illi Phyditia; apud quæ summo in pretio  
 haberi solebat ius; quod nigrum appellab-  
 ant; adeò ut Seniores eo contenti; reliqua  
 vix attingerent; sed iunioribus cederent;  
 ubi hac inquam frugali cultu; ac simplici  
 nimiri solito apparassent; existimasse di-  
 cuntur & debito in Regeum suo satisfetisse;  
 & ipsius etiam voluntati Regis platiisse:  
 Horum nos exempla; tua cum venia; Ex-  
 cellentissime Orator Carole; sequemur hoc  
 die; dum tenui te cultu; & apparatu; longe  
 quam æquum sit; priore; vidiisque susci-  
 pimus; & qui laudores tibi parare inehsas;  
 aut dona offere splendiditer non possi-  
 mus; ad nostra hac; qualia erunt cumque  
 Phyditia; egregia saltem voluntate refer-  
 tissima; ad combibendam aquam; si vinum  
 defuerit apponendum; alacriter suavitamus.  
 Cae tu; rogo; invitationem recuses. Nosti  
 enim boni esse Ciuis; simplicitatem; ac pu-  
 ritatem obseruantis sui erga Principem ani-  
 mi signo quopiam contestari; testatain ve-  
 ro argumento qualibet leuissimo amplecti  
 libera-

CHRISTOPHORI FINOTTI

liberaliter, Principis fore Magni. Magnus  
ergo hac tempestate, ac fortasse te ipso ma-  
ior apparebis, si te tantisper angustis hisce  
parietibus exceptum continueris, & tuæ  
splendore dignitatis aliam in partem sepo-  
sito, parumper nobiscum ad exilem, ac ie-  
junam mensam assederis; tequè ipsum pro-  
tua benignitate eorum similem feceris, qui  
cancris vescuntur, qui quidem propter ex-  
guitatem carnium, quam habent, in velli-  
candis crustis magno cum solatio occupan-  
tur. Tu tu inquam sic aside Orator Illu-  
strissime, tequè quod rogatum volo, ad id  
compone; quæcumq; à me ponentur tuum  
sub aspectum in mensa, & mensa mea erit  
oratio, & quocumq; ponentur modo, æqui  
bonique facias; quò scilicet à tua humani-  
tate profectum tui huc accessus officium, in  
eadem humanitate consistat. Utinam verò  
quemadmodum tu qua fulges & magnitu-  
dinis excellentia, & sapientiæ, facundiæ  
quæ præstantia, utroq; in genere exemplum  
habes pulcherrimum, quod sequaris, illinc  
M. Antonium, qui ex sapientiæ studio Phi-  
losophi cognomen adeptus est, Imperato-  
rem peroptimum, & fortissimum, hinc  
M. Tullium Oratorem eloquentissimum,  
cui aureum propè dicendi flumen, & Ro-  
manæ

manæ facundiaæ lauream , & immortale no-  
men apud omnem posterorum memoriam  
peperit sempiternam. Vtinam valerem ego  
inquit re aliqua , quam viderere fecutus,  
quò causa imitationis & probabilior , &  
iustior appareret . Dabat operam Anto-  
nius, hoc enim tantillò altius repetam, quo  
tempore à curis vacabat , tum etiam cum  
Terrarū Orbem administrabat, Sexto Che-  
roni Plutarchi sororis filio, Philosopho era-  
ditissimo , atque in Pyrrhoneorum disci-  
plina planè versato. M. autē Cicero M. Gri-  
phonem Declamatorem egregium, si quan-  
do dabatur à subsellijs , à rostris , à foro  
otium, magna cum voluptate , & attentio-  
ne animi sentiebat. Nimirum poterat vter-  
que sapiens sapienter , ac multa cum laude,  
quantum sibi temporis è publicis, priuatifs-  
que negotijs superfuerat, in audiendis tan-  
ta , & tam varia eruditione viris præstanti-  
bus collocare , quos & illa suspicere, atque  
admirari solebat optimorum temporum  
ætas, & nostra inuidere potest, in perpetuū  
poteritquè posteritas . Habet hanc enim  
potentiam , & virtutem virtus Aud. vt sua-  
uiore quodam impetu omnium ad se quām  
facillime aditum , aures, animos, virorum  
maximè pariū, ac similiū alliciat, rapiat,  
trahat.

CHRISTOPHORI FINOTTI  
trahat, Eoquè sola perfruatur meritorum  
suum, quæ magna, & eximia sunt, testi-  
gnatio magis, quam præmio, quod vix ne-  
gare sapienti homini homo potest, ut bene-  
volentiam ceterorum inuidorum etiam, &  
hostium, gratiam, auditionem, amorem  
que conciliet. Perinde ac ynis ille in mor-  
talibus extet honor, qui, ut ore omnium  
fertur, disciplinas, & artes alat, à doctis  
viris magnifice conueniri, amicè consuli,  
patienter audiri, & amantissime, ut equum  
est, obseruari. Nam & olim proditum est  
primum illūn & re, & nomine parentem  
Philosophorum, ac Ducem Pythagoram,  
peregrinationes longinquas, ac perdisisti-  
les suscepisse, itinera & multa, & varia con-  
fecisse, Regiones, Vrbes, Oppida prope-  
modum ianumera perlustrasse, relicta Sa-  
mo, unde ortum ceperat, Lacedemonem, &  
Lacedemonę Cretam, & Creta ad extremas  
vsq; Aegyptiorum Oras penetrasse, ut Cal-  
deos illos, & Magos diuinarum, ac diui-  
nantium facultatum peritiissimos non adi-  
ret solum, sed de rebus altissimis disputan-  
tes auribus attentis audiret. Plato etiam,  
qui Diuinus & ingenio, & doctrina semper  
est habitus, quò fieret è præceptore multo-  
rum, ynius Architæ discipulus, in Aegyptu  
adna-

ad nauigauit. Apollonius verò, quem nescio reuera Magnumnè agnomine, an Magum vocem, quot, & quām remotas Vrbes, Prouincias, Regiones, Imperia audiendæ sapientiæ studio cupidissimè permeauit? Persas adiijt, Caucasum superauit, Albanos petijt, Scytas præterijt, Messagetas, Bracmanos, Indos perlustrauit; tum Babylonas, Caldeos, Elamitas, Medos, Assyrjos, Phænices, Parthos, Arabes, Palestinos, Aethiopum ad extremum extremas Oras pernauit, quod Gymnosophistis, hoc est, Philosophis, ac Theologis illis profundioribus operam daret. Quid? non nè Alexandrum Regem illum Macedonum cognomento Magnum, rebus gestis longè maximum, & amplissimum, Diogenem vulgo Canem, habitantem in Cranio & inuisisse, & audisse legimus; & multa collocutum, adeò demiratum, & delectatum animo illius Philosophi verè libero, ac rebus humanis superiori, ut diceret, si Alexander non esset, futurum, ut esse vellet Diogenes. Quid dicam de Dionysio Siculorum Rege, Rege illo apud Damoclem assentatorem fortunatissimo? nonnè Platонem, & Aristippum coiuit, alterum à delicijs aulicis vix abstinentem Philosophum, alterum verò interdilectias,

CHRISTOPHORI FINOTTI

litias, ac regalem luxum, frugalitatem, ac simplicitatem victus seruantem? Quid de Demetrio Antigonī filio? eo Rege videlicet, quo nemo vñquam fuit vtraque fortuna exercitatio, adeò vt in fortunam illud Aeschylivsurparet.

*Tu me extollis, tu ipsa rursus deycis.*

Hic certè cum armis Megarā occupasset, Stilbontem Philosophum per legatos accer- sit, atque vt de Naturę arcanis disputaret, rogauit. A quo & illud audisse tradunt, cūnī postularet, num quis militum rem sibi quā- piam abstulisset, nullum se vidisse vñquam qui scientiam raperet. Quid de Ptolomeo demum Aegypti Rege? qui suos Imperij fi- nes peragrans, ad minimas quosque ludi magistros, primorum pueris elementorum explicatores, de suis artibus differentes au- diturus accessit. Preclarè hi quidem omnes, ac sapienter, dum enim sapientes, ac littera- tos homines splendore accessus sui iucun- diffissimo honestabant, multò se virtutis, & litterarum, quam sceptri, maiestatis, & glo- riæ appetentiores monstrabant. Enim uero quemadmodum in rerum natura lapis, qnē Plato herculeum uocat ob vim incredibi- lem, opinor, quam habet, nos Latini ma- gnetē, aspectu, sicut loquitur Claudianus,

*Decolor,*

*Decolor, obscurus, nulis.*

Virtute prestans, singularis, plane mirabilis, magna quadam improbitate naturæ, ferramenta, frusta, claviculæ, aculeos non longè positos ad se rapit, & detinet appenos magna cum admiratione Philosophorum, quorum adhuc occulta causa torquet animum, exercet ingenium. Ita illi transfusam à viris doctis, & sapientibus vim eruditionis arcanam recipientes, recondita non orationis tantu, sed argumenti delectatione, tanquam latenti veneno quodam perfusi, inquisitis vinculis doctissimorum hominum sapientia, velut lapidi adhærescebant, ac suavitate iucundissimarum disputationum capti, pendebant ab ore toti, & catena verborum, ac sententiarum longa, tanquam solido, & tenaci nexu colligabantur. Quin & illud communi sensu dicebant fore, quando sapientiae alumnus aliquando feras etiā, atque agrestes bestias ipsius beneficio traxit, & nemora, si præclaram, aut potius diuinam virtutis vocem audire possemus, vel adspectabilem illius formam, & maiestatem defixis oculis contemplari, ut non eos tantum, qui omni se præbent humanitate excultos, ac perpolitos, quales vos esse opinor omnes, sed quo scumque alios

C

quam-

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**  
quamuis immanes, & barbaros ad audiendū, & intelligentiū attraheret; vt nemo esset ex omnibus, qui non erigeret aures, animumque attenderet, eūi non suminimā admirationēi commoueret virtus cū pari affēssione confundam. At vero tu, vt orationem a te profectam denuo ad te reuoluā Carole illustrissime, cur hoc tempore obscuruī iisdem inuiseres, atqne humiliissimum gymnasium, cur indoctum, atque imperitūfū hominem, nulla neque ingenij laude, nec cīcēndi facultate ornatum conuenires, cur ex hoc suggesto infantem me potius, quam effantem, cīnguem, quam disertum Oratorem attenderes, Virtum plane, in quo nulla virtutis umbra, nedūt spēties, nulla inept litterarum forma, nulla omnino eruditōnis cultura, præter tuam singularem humanitatem, ad quam omnem istam laudem referri volo, quæ causa extiterit alia, haudquāquam video. Quod ergo mihi videri debes hodierna luce magnificenter, quod beneficenter, quod humanior, qui meam nec rerum exilitatem, nec ieiunitatem, inopiamque verborum, quam præuidere poteras, exhortueris; sed tuæ benignitatis, quæ patet non nemini, profūsior, & largior factus, exemplo Solis, qui lucem

148  
IUCENI rebus magnis, & parais promiscue  
impartitur, meam quoquè humilitatem, &  
paupertatem tua præsentia lucundissima  
honestare volueris. Utar tecum igitur Ora-  
tor Præstantissime ea voce, qua Vatinus  
Geminus Orator minimè malus ad Cæsa-  
rem vius est. Nimirum qui apud te audere  
dicere, tuam ignorantiam magnitudinem, qui  
nō audent, humanitatem. Ego vero satius,  
sc̄ p̄t̄stabilius puto instar imperitorum  
hominum, qui quanta sit magnitudo Solis,  
& astrorum, nesciunt, quanta sit lux, & clari-  
tas, experiuntur, & sciunt, ita tuam à me  
ignorari hoc tempore amplitudinem, glo-  
riam, maiestatem, modò summam tuam &  
expetiar, & norim humanitatem. Sed enim  
tua hæc est amplissima, & omni omnino  
laude dignissima laus, qua datum est etiam  
mihi per semihoræ spatiū ex hoc loco frui,  
benicitatis magnitudine plusquam exi-  
mia, longo interuallo alios superare. Pro-  
fectò, vt verè dicā, vna est hæc ē rebus dua-  
bus, atque virtutibus, quibus homines pro-  
ximè ad Deum accedere aīebat Pythagor-  
as. Et ipsa illa est, qua te quodammodo  
Illustrissime Carole mortalitati naturę eri-  
pis, atque intermortales immortalitatem  
quandam assequeris, Dum quod de Timan-

C 2 the

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**  
che p̄tōre dicebatur, vis illud facere officium homini, & facis, multò tu quidem ad dandum promptior, quām quius alius ad optandum, longē propensior ad bene merendum, quām alijs ad indigendum. Itaque quemadmodum in eius viri operibus, ac picturis, sic in tuis tum factis, tum etiam dictis, multo plūra inesse humanitatis ornamenta intelligunt magni Viri, ac sapientes, quām aut à me dicantur, aut videantur ab omnibus. Ego quidem, ut sileam reliqua, præsens hoc unum tuæ benignitatis officium in me collatum, mihi semper ob oculos, atquè animum collocabo. Qui quamquam pro tuo Inquietissimo Gallorum Rege grauioribus semper distentus es curis, quæ te respirare vix sinunt, volueris nihilominus nobilissimo comitatu cinctus hoc adire, gymnasium, audire dicendi magistrum ut cumquè differentem, auditores istos meos peramanter inuisere. Declarasti sanè tuum huc aduentum à summa tua esse facilitate profectum, ab humanitate tua tantummodo impetratum. Nullam in hoc beneficio partem sibi vendicat meum meritum, nullam loci celebritas, nullam Oratoris nobilitas. Totum est à bonitate tua, benevolentia, dignitate ortum, quæ quibus tuae dignitatis

gnitatis lumen obicitur, dignos facit. Ni-  
 mirū tuo more, ut soles omnia, qui Regius  
 omnino Vires, maxime Regio. Tu enī Ca-  
 role Illustrissime, præterquam quod tuam  
 in Patriam potentissimum in Terris, ac flo-  
 rentissimum Galliarum Regnum sortitus  
 es, eoquè Parentum, & Audum splendore,  
 ea Brulartæ Gentis, & Familiæ claritate  
 prognatus es, ut amplitudine, vetustate,  
 Heroum virtute, nam quid dicā opibus,  
 & fortuna? gloria, rebusquè gestis inter do-  
 minos Galliarum amplissimas nulli cōcede-  
 re videatur. Præterquam quod Adolescens  
 cū alijs tui similibus in Aula regia, magno  
 rum illa Principum, ac Regum Academia  
 liberaliter educatus, regijs disciplinis, &  
 artibus belli, pacisque Imperatorijs instru-  
 ctus es, atquè ornatus; mox vero Vir factus  
 ad regia in Regno munera, & Provinceales  
 administrationes subiectus, vicem ipsam  
 Regis maximis in rebus, atquè gravissimis,  
 magno cum tuo splendore nominis, sum-  
 mā cum sapientiæ, ac iustitiæ laude, multa  
 etiam cum Populorum, ipsiusque Regis ad-  
 miratione sustinuisti, & Regium te Regi ho-  
 minem, Regium Principem, Regijs orna-  
 tum virtutibus, atque insignijs ostendisti;  
 ea præter omnia, & alia id genus, quæ missa

C 3 . facio

CHRISTOPHORI, F. NOTTI  
facio plurima, hoc vñò certe, quamquam  
non alio nomine, Carole Orator Excellen-  
tissime, Vir planè Regius videre nobis, ac  
toti Terrarū Orbi, quòd Regis in hac Vrbe  
personam sustines. Et cuius Regis, Immor-  
talem Deum? Inuictissimi, & Christianissi-  
mi Galliarum Regis. Illius Regis, qui in  
Orbe Terrarum toto est Inclytus, Maxi-  
mus, Optimus; Magnieius Regis Henrici  
filius, qui quamdiu in Terris superstes fuit,  
belli fulmen, hastium terror, Patriæ salus,  
Propugnaculum sociorum, Christianæ Rei-  
publicæ oculus, Orbis Terrarum gloria, at-  
que huius sèculi splendor fuit. Eius, inquā,  
Regis personam sustines, quem Ludovicī  
XIIII. nomine inauguratum, in ævo floren-  
ti senile imperium desponentem, viuam,  
& spirantem Parentis imaginem exprimē-  
tem miratur Orbis, & admiratur. Verbo,  
personam geris Gallorum Regis, cui mul-  
tò semper est difficilius ea nolle, quæ con-  
sequi potest, quam ea consequi, quæ vult. Iis  
enim rebus abundat omnibus Gallia, vnde  
summa, & constans Regnorum, ac Retum-  
publicarum omnium dignitas, & amplitu-  
do emanat; diuinijs, quibus humana om-  
nia fulciuntur; militibus, quibus victoriae  
bellicæ desponentur; Ducibus, qui sum-  
morum

ORATIONE  
morum Imperatorum gloriam emulatur.  
authoritate, qua regnum, & Principatum  
tetur; consilio, quo sapienter imperia ad-  
ministrantur; religione deum, qua miri-  
ficè omnia amplificantur. Diuitias uberrimè  
tribuit ferax solum, milites Regio, Du-  
ces. Aula, authoritatem Imperium, Socio-  
rum fides, hostium metus, consilium prud-  
entia Gallica, religionem Christus. O fel-  
ix, ac diuinum Imperium. O Regem in-  
Terris nullo non felicitatis genere onnatis-  
simum, beatissimum. Tanti ergo, tam po-  
tentis, & Augusti Regis Orator Legatus, &  
plures iam annos Legatus es, Carole Illu-  
strissime. Verum enim verò apud quem  
Principem Legatus, apud quem Regem? nō  
apud unum certè, sed multos Reges, & infi-  
nitos Reges. Apud Inuitissimā Rēpubli-  
cam istam Venetam, de qua magis yetè, ac  
propriè dictum intelligo, quod Cineas de  
Roma vetere, factus ex Pirri ad Vrbem  
Legato, Vrbis ad Pirrum laudator dicta-  
bat, non vnius Regis Senatū esse, sed vnius,  
eiusdemq; Senatus inumeros Reges. Quot  
enim habemus in Senatu Patres, totidem  
veneramur in Urbe Reges. Multos igitur  
apud Reges vnius Regis Legatus es, apud  
Venetum Principem, Venetumq; Senatum;

CHRISTOPHORI FINOTTI  
quo Principe, & quo Senatus nihil cogitari  
potest sapientius, nihil magnificenterius, ni-  
hil augustius; & quod maximi facio, quo  
Principe, & quo Senatu dicam quod resest,  
quod Mundus intelligit, quod tu ipse testa-  
beris, nullum unquam Principem reperi-  
Gallia, nullum Regem, sed cuium fidelitatem,  
coniunctionem, amantiorum. Intercedit  
enim inter Gallos Reges, ac Venetos Prin-  
cipes naturalis prope quædam benevolen-  
tia, mutuus amor, simile studium, æqua in  
omnibus animorum voluntas; sic ut non  
alter alteri sit amicior, quam Rex Galliæ  
Veneto Principi, & Gallorum Regi Veneti-  
orum Senatus. Apud igitur hunc Sena-  
tum, & Principem Carole Excellentissime  
Regias Orator es, ac verus Orator; cui  
nec in dictis eloquentia deest, nec in factis  
prudentia, neque in consilijs fides. Et in  
Regio isto munere ita te geris, ut nihil de se-  
dulitate, studio, authoritate, sapientia de-  
siderari possit. Plus addam. Nihil de fa-  
cilitate, benevolentia, humanitate, qua  
non eos tantum tibi deuincis, quibus cum  
de rebus tuarum Prouinciarum agis, sed  
omnes præterea, quibus tuæ benignitatis  
radium aliquem oboriri facis. Experior  
hoc in me ipso, quem de facie nunquam au-

tea

ETIAD O R A T I O C I I .  
tea cognitum, auribus vix perceptum, tanto tuę præsentię beneficio tamen ornasti. Itaq; vehemēter angor, atq; animi pendo, quoniam nec officiū personare, nec gratiā referre parem beneficio possim, quānam ratione saltem gratias agendo; gratiā videar habere posse. Quid enim tandem reddam Caroile Illustrissime. Memoriā beneficij? Haud me fugit, gratias à veteribus iuuenes fangi, quod numquā debeat beneficiorū acceptorum memoria consenescere; proinde citius me quispiam exuest vita, quā huius diei grata recordatio memori ex animo deleatur. Sed quā exigua, & quām vulgaris remuneratione, si cum promerito cōparetur. Honorem fortasse honori reddam? At didici ab Aristotele, honorem in eum, qui defert, non cui defertur, redundare; propterea in te honorando nihil tibi tribuerem, sed ego potius acciperem ornementum. Quid igitur? Memet ipsum, meumquè animum, consecrabo? Ita quidem. Accepi hoc ab Aeschine Socratis Auditore, qui cùm multi multa Doctori pro suis quisq; facultatibus offerrent, Ego, inquit, Nihil dignum te, quod dare possim, intuenio, quia pauperrimum esse me sentio. Dono tibi, quod vnum habeo, Aeschinis animum. Hunc, si placet, liberter

**C H R I S T O P H O R A F I N O T T I**  
benter cape. Huius ergò dictū in præfencia,  
& actionē imitabor ; qui cùm nihil reperiā,  
quod tanco in me collato studio, officioque  
respondeat, partem mei alterā ; nempe ani-  
mum dedicabo. Accipe hoc igitur Illustris-  
sime Carole , qualemcumq; sit munus animi ,  
qui potissima nostri pars est. Sit tibi gratus  
animus gratus : qui si nō re ipsa , certè cupi-  
ditate maximā , voluntate amplissimā vide-  
bitur mercedem reddidisse , & gratiā haben-  
do gratiam retulisse. Non parui estimandus  
est animus , qui se sui premium facit , præser-  
tim quia contemnendam non habet cum  
beneficio cognationem animus gratus. Tuæ  
magnitudini non respondet , fateor ; tuæ di-  
gnitati non equatur , haud nego. Sed quem-  
admodum Augusto Romanorum Princi-  
pi Poeta Græcus epigramma , quo dona-  
tus à Cæsare fuerat , remuneraturus , pau-  
culos illi denarios in manum minijcens , ait ,  
non secundum fortunam tuam Auguste .  
Ita nos hæutata loquēdi ratione , Excellen-  
tissime Carole , pro nostra fortuna tenui ; te-  
nem tibi reddimus gratiam ; gratissimum  
animum : quem vt accipias læta fronte , ne-  
que in minimis habeas , etiam , atque etiam  
studiosè rogamus , quia nihil nobis est  
aliud , quod soluamus . Dixi .

**D E**

DE  
FELICITATE  
ELOQUENTIS  
HOMINIS.  
J. N. EXPLICTIONE.

Rhet. Aristotelis oratio.



NNIVERSA-  
RIVS iste stu-  
diorum celebra-  
dorum dies , N.  
N. quem quotan-  
his ex more , so-  
lemni quodam  
conclitu præstan-  
tissimorum vito-  
rum , atq; orationis ornatu , ad intermissa lit-  
terarū studia studiosis adolescentibus repe-  
tenda , pro nostra munera ratione honeste  
quātum possimus excitandis , atque inflam-  
mandis

Digitized by Google

CHRISTOPHORI FINOTTI  
mandis dicamus, post assuetam illam libe-  
ralibus animis, ad liberale otium sapientis-  
simè traditam dierum, ac mēsiūm aliquorū  
feriationem, redijt tandem aliquando No-  
nis hisce Nouembribus, mihi sanè, & Collē-  
gis omnibus omni doctrinām, atque ele-  
gantium litterarum genere prēditis optatis-  
simus, Parentibus autem, & Patriæ, atque  
adeò quibus in alios insita est à Natura ali-  
qua charitas, iucundissimus, uobis denique,  
Iuuenes optimi, & cumprimis ingenui, lon-  
gē fructuosisstimus. Preco verò, & vēhemē-  
ter etiam, atque etiam precor, bonis, atque  
in perpetuum bonis & auibus, & omnibus  
redijsse. At enim frustra Auditores qualia-  
cumque nobis fortunata, & felicia inaugu-  
rādo gratularemur, cum laborum omnium  
cum etiam bonorum initia, nisi quem studio-  
se omnes cupimus, & optamus, & feliciorē  
progressum, & à progressu felicissimum exi-  
tum speraremus. Et anni certè huius littera-  
rij, sic enim appellabo semper hoc tempus,  
quo sublato velut ex arce signo bellum indi-  
citur litterarium, & ad certamen ineundum  
cum Musis, tuba veluti præcinente inflam-  
mantur omnium animi; anni inquam huius  
litterarij recens exordium amēnitate tem-  
poris, Celi tranquillitate, animorum oble-  
ctatione,

Satione, clementorum grata temperie, rerum, personarum, omnium incudissimæ quadam vice, armorū ipsa post diurnos, & magnos bellorum motus cessatione, Bifrontis Iani, ut Poetæ loquuntur, Aedium obseratione, tot, tantisque signis, si libet, quod olim veteres centum planè augurij faciebant, portendere videtur nobis felicissimum, atque honestissimum litterarij pulueris, & laboris cursum; quem inire quemadmodum gloriosum est vobis Adolescentes optimi, ita confidere & multò maiori gloria, & magno futurum usui, præjudicata iampridem tempora, summorum virorum consilia, & litteratorum hominū præmia, existimatio, splendor, laus, illa ipsa testatur nominis immortalitas. Quid enim est Aud. hoc loco necesse dicendo persequi præmium illud institutionis præclarum, & plusquam admirabile ab Alexandro illo, quem haud multò minor Poenus Hannibal, Imperatorum maximum esse pronunciauit, Coryphæo Philosophorum traditū Aristoteli? Cuius in gratiam Stagyram Urbem illius Patriam, quam sibi infensam excisione diruerat, soloquè æquarat, longè ampliori murorum circuitu, Aediumque constructione, insana Templorum mole, admiranda

**CHRISTOPHORI FINOTTI**  
rāndā priuatorū, & publicorū ædificiorū  
substructione, summa vi impendiorū  
ædificauit, cunctisq[ue] exilibus recentem in  
Urbem vocatis, magna incolarum multitu-  
dine frēquentauit? Quid memorem talen-  
ta illa Xenocrati Philosophorum Clarissi-  
mō dono missa plusquam quingenta? Quid  
in Thebarum excissione honorem Pindaro  
habitum? Quid Dindamim, & Calanum  
doctos homines mirabili quodam studio  
ab eodem Rege complexos? Palam hæc  
sunt vniuersis Aud. longèque clarissima.  
Fuit, fuit ergo quoddam litteratorum ho-  
minum vbiique Geritium, ac locorum ma-  
gna authoritas. Fuit, fuit existimatib; & re-  
uerentia maxima. Fuit, fuit apud Heroas,  
Reges, Imperatores maxima gloria. Ut eos  
propterea vere, ac laudabiliter omni hono-  
rum titulo, omni impeciorū genere coho-  
nestare Maiores potuerint, quos priori nūc  
seculo inuidentes, omni voto animi pero-  
ptamus extremo. Sed valeant, oro, vota,  
quando istiusmodi iam viorū aeternitate  
dignissimorum spes omnis, temporum im-  
probitate reperiendorum adempta est.  
Vnum id, quod proponam, paulò vide-  
tur obscurius, hodierna tamen disputa-  
tione dignissimum: in Orbe Terrarum toto  
fuisse

TUTIORA TITULI. 22

fulisse nihil; esse, futurum unquam viro do-  
eo, & eloquente felicius. Magnum quid-  
dam est, quod proponimus N. N. & fortas-  
se etiam plus nimio maius. Felicitatem sa-  
pientis, atque in dicendo præstantis homi-  
nis pollicenur; quam dubitabit mehercè  
quispiam sustinere nos posse. Gauete tamen  
eām de me opinionem quasi quodam de le-  
ui homine animo statuatis, recipi hoc tem-  
pore à me aliquid, quod sustineri non pos-  
sit. Amo uos Audite ut soletis esse, veritatis  
æquissimos Iudices. Id si recipitis, yst mihi  
de vestra bonitate polliceor, non erit ar-  
duum, felicitatem eruditū, atque eloquen-  
tis hominis commonstrare. Gaudeo uero  
N. N. in augustissima ista Vrbe disputationē  
fieri, quæ vna post Athenas euersas, omnium  
educatrix disciplinarum, & altrix, summum  
quemuis honorem deferendum iudicat elo-  
quentiæ. Gaudeo eo tempore fieri, quo sedi-  
tis magna ex parte clamoribus bellicis, to-  
gatae reuirescit otium eloquentiæ. Gaudeo  
apud vos fieri homines eximia eruditione  
præstantes, & singularis cuiusdam candida-  
tos animorum Dominae eloquentiæ. Gau-  
deo demum à me fieri, qui cùm plurimum  
tribuam ingenuis quibusque disciplinis, &  
artibus, tum certè quantum nemo aliis, ho-  
noris,

# CHRISTOPHORI FINOTTI

noris, ac dignitatis habeo eloquentia. In ea Vrbe dicitur, quæ vna magistra est eloquentie, nutrixque doctrinæ; cui ab ipsis ferè incunabulis ita fauet, ut qui pulchris sunt artibus expoliti, ijs solum publicis honoribus digni esse videantur. Vrbs Veneta theatrum est pulcherrimorum ingeniorum, atque virtutum; litterarum verò ita amans, ut cum hac vna non Atheniensium Ciuitas, non Rhodus, non Nisibis, non Alexandria, non si qua fuit alia disciplinarum officina, conferri posse videatur. In ista inquam Vrbe dicitur And. cui non paucis sanè de causis, ijsquè magnis, non aliam fore unquam crediderim Vrbis alterius maiestatē, decus gloriam, pulchritudinem similem, quam si Mundus totus vnum in locum confluat causa ostentationis, & pompa. Quid enim recentiam miraculosam, atque insolitam Venetiarum nostræ huius Vrbis pulcherrimæ, atque ornatissimæ in ipso Adriaci sinu æquoris fundationem? Quid opportunitatem loci nullis non accommodam mercibus, & importandis, & exportandis aptissimam? Quid ortum dicam penè mirabilem, ac diuinum, qui non vnius exilis Oppidi, vt olim Romæ sed Vrbium multarum, earumquæ nobilium, ruina, & excidio extitit? Quid de Templo-  
rum,

ruin, Aedium, priuatorum, & publicorum  
operum amplitudine, firmitate, ac pulchri-  
tudine prædicem? Quid erecta commemo-  
rem sublimia per Vrbem ædificia, quid sa-  
cra Diuorum, & Diuarum fana augustissi-  
ma, quid amplissima, ingentissimaque pala-  
tia, quid insanas substructiones, & opes im-  
mensas, quid altis sustéttatas columnis por-  
ticus, porticibus basilicas, cultu, sumptu, au-  
ro, argento, operibusque magnificas? Quid  
maxima laxitate domos, ac dignitate con-  
spicuas? Quid Turres altissimas? Quid eðes  
patritiorum, ac Ciuium superbissimas? in  
his aurata tecta, sola lapidea, signa ærea,  
marmorea, eburnea, bellicæ laudis, victo-  
riæq; insignia, peristromata varia, vasorum  
argenteorum, & aureorum infinitam pro-  
peinoduni summam? omnia denique non  
egregijs modò locupletata figuris, emble-  
matibus distincta, aulæis ornata, sed gem-  
mis, auroq. fulgétia, eo splédo re atq. opere,  
vt ars certare cū natura videatur. Ulterius.  
Quid iustitiæ sanctimoniam, religionis ma-  
gnificentia, pacis iucunditaté, libertatis au-  
reæ meminerim excellentiā? Quid recorder  
institutorum probitatem, legum sapientiā,  
Populorum tranquillitatem, Ciuium orna-  
menta, Patritiorum splendorem, fortuna-

CHRISTOPHORI FINOTTI

rum omnium , ac deliciarum frequentiam ,  
summū illum Imperij apicem , & admirandam Terra , marique potentiam ? Quid de-  
nique Principem illum salutis , mentisque  
publicæ Senatum , Multorum , & Magnorū  
Regum conselium illum Amplissimum , qui  
ad sui venerationem maiestate illa plusquam  
admirabili non suarum gentium modo , sed  
exterorum omnium , inuidorum etiam , &  
hostium animos , oculos inuitat , allicit , ra-  
pit ? Magna nimis hæc omnia Aud . Magna  
item nimis hæc singula , quibus solo nomi-  
ne proferendis , nedum laudibus efferendis  
par nulla esse videatur oratio . Dicam com-  
pendio . Venetiarum Ciuitas est . Hoc nomi-  
ne velim genus omne bonorum , deliciarū ,  
ornamentorum , laudum , gloriæ , amplitu-  
dinis , maiestatis , quantum voto animi con-  
cipi , quantū informari cogitatione potest ,  
intelligatis . Et quemadmodum Porus In-  
dorum Rex congressus aliquando cum Ale-  
xandro , & ab eo militari virtute superatus ,  
& captus , cùm rogaretur à Rege , quo tan-  
dem pacto tractari vellet , regiè respondit  
solum , uno verbo videlicet , omnia , vt dice-  
bat , complexus ; ita dum ego Venetiarum  
vobis Vrbem , istā inquam Vrbem pulcher-  
rimam , augustissimam , Inuictissimamque  
com-

commemo-ro, omnem totius Orbis splen-dō  
 rem, omnem Vrbium omnium magnificen-  
 tiam, omnem cunctorum Populorum, ac  
 Gentium gloriam comprehensam volo.  
 Quid plura? eo dicto concludam, quod Im-  
 perator ille Constantius Magni Constanti-  
 ni filius de Vrbe Roma prouinciauit. Qui  
 cum eam primum inuiseret, Templum Or-  
 bis Terræ magnificum appellauit, famam  
 incusando, quæ cum narrandis rebus sem-  
 per affingat aliquid, quò maius appareat,  
 quod nunciatur, in Romana Vrbe contra-  
 riū faceret, in qua maiora omnia re, quām  
 auditione viderentur. Id ipsum ego Aud. ac  
 multò verius de Vrbe Veneta p̄dabo,  
 plurima quidem, & maxima linguis vniuer-  
 forum, & vocibus celebrari de illa posse; fu-  
 tura tamen omnia suis laudibus & minora,  
 & pauciora. In qua cum maiorē omni op-  
 nione voluptatem cum pari admiratione  
 coniunctam homines capiant, tum ex eo  
 tamen non nihil doloris aspergitur, quod  
 qui hanc Vrbem incolunt homines, quæ  
 vna Cœli est imitatrix, mori didicerunt  
 cum alijs, qui ab omni mortalium condi-  
 tione se iuncti, vitæ immortalitatem asse-  
 qui debuissent. Et verò Aud. cui iniqtum  
 ferè non videatur, liceat ita loqui, morta-

D 2 lem

# CHRISTOPHORI FINOTTI

Iem in ea Vrbe conditionem, fatigè neces-  
sitatem dominari permisum esse, in qua ui-  
tæ dominatrix, & mortis supremum habet  
imperium eloquétia? At superis ita visum.  
bono iure, nè adeptus in Terris quispiam  
æternitaté, Alexandri dementiam imitatus  
qui regio titulo nequaquam contentus, Io-  
uis se filij nomine compellandum per sum-  
mum scelus edixit, ille etiam Deum se ve-  
luti quendam in alios faceret, ac diuisum  
habere cum Ioue Imperium Orbis existima-  
ret. Illud tamen præpotentis Dei munere  
traditum, quod proprium Vrbis huius, pe-  
culiare Venetorum Patriorum est, vnius  
ope eloquentiæ ipsam posse æternitatem no-  
minis comparare. Gratulor enim uero vo-  
bis Viri honestissimi, & quam oppidò gra-  
tulor; vestramque istam regiam uerè felici-  
tatem non inuidè, quod absit, suspicio,  
sed ingenti cum voluptate admiror. Utinam  
niceat si non ornato, & eleganti, sincero sa-  
tem, & grato, quale simplex meditatur ani-  
mus, orationis genere prosequi; facerem pro-  
fectò, vt quam in vobis adolescentes isti su-  
spiciunt eloquentiam Parentem felicitatis,  
studiosius adamarent, & qua carent ipsi vel  
ingenij culpa, vel ætatis, laudabilius inuide-  
rent. Tantò facilius Aud. quod eo tempo-  
re di-

redieitur, quo bellorum ferè facibus per Orbem extinctis, pacata maiori ex parte Italia conciliatis & Principum, & Populorum animis, ab armis ad togam, hoc est ad pacem, pacem illam inquam vniuersis amabilem Ciuitates profiliunt, otiumq; litteris, ac liberalibus studijs dicandum relinquunt. Benè sit autem Diuis Peroptimis, & Sanctissimis, qui pro diuina sua in genus hominum charitate, ferre noluerunt amplius, pulcherri-  
mam Terræ partem Italianam, & cum Italia totum Orbem fuso hominum, hoc est, Deorum Mortalium sanguine funestari. Habemus sed enim, cur ijs supplicationes, & vota pro singulari eorum merito in Rempublicam, & Italiam, & Christianam decernamus; gratiasque immortales Procreatori rerum Maximo, Optimo, & Immortali agamus. Ceterum à me dicitur Aud. & apud uos dicitur. Vos quidem, ut missa faciam cetera tum corporis decora, tum etiam animi ornamenta, mira quadam litteraruin varietate, elegan-  
tiaque ornatos, naturali prope vertate di-  
cendi, & facundia præditos, disertissimo-  
rum, atque eruditissimorum hominum cum priuatis amates; quibus & uestra magno sanè splendori, & ornamento est eloquentia, & aliena in dicendo suauitas; atque præstantia

D 3 non

CHRISTOPHORI PINOTTI  
non minorem parit omni tempore voluptem. Itaque libentibus animis, ore, uultuque hilari & doctos homines benignè semper accipitis, & acceptos nullo non officiorum, & humanitatis genere complectimini. Quibus certè & illud propè fatale est, diuino cōcessum munere, in hac tantū Vrbe Vrbī Principe, disertissimis quibusq; Oratori bus peculiare, ad aliorum gratiam, ad opes, ad honores, ad Imperia, ad sublime fastigiū, per amplum, & expeditum patere aditum, quò nulla re magis alia, quam dicendi suauitate, & eloquentia commendati ad Rempublicam cūm accesserint in ea glriosissime, atque honestissime florent. Athenarū nempe præclarā illam, & nobilem, & Romanam longè nobiliorem magno temporum interuallo florentem Rempublicam imitamini, in qua qui plus cæteris eloquentia posset, plus cæteris dominatum ferunt. Præclarum herclē institutum, honestissimam facultatis pulcherrimæ, atque ornatissimæ conditionem; quam ut tacitus admiror magnopere, ita commendare vtinam posseni dignitate. Facerem Aud. libenter, ac vobis perlubentibus facerem, si dum eloquentiā laudo, atque ad eius studium adolescentiā hortor, singulare præmium, quod in hac Vrbe tri-

be tribuitur eloquentiæ, magna cum uestra laude, meaque aliqua existimatione non illaudatè collaudem. Ego verò, ut dicebam initio, propositam habeo eloquentissimorū Oratorum felicitatem; quæ disputatio magna per se, & omni omnino argumento maior, tempus omne adimit alia consestandi, Quid enim, Deum Immortalem, viro eloquente, in libera præsertim Vrbe, maximeq; pacata felicius? Quid facundo oratore, & bonarum artium lumine illustrato beatius? Ingridimus Aud. vastum nimis Oceanū, atque immensum, quem lustrare totum velle insipientis, tentare audacis est. Cursum ergo nos inhibebimus, & quod nauicularij solent vijs & tutioribus, & breuioribus incedemus. Atque illud primò quidem statuimus quod credo ego, inficiabitur nullus, plenam & absolutam felicitatem, quam secretis malis omnibus perpetua quadam bonorum possessione definit, degentes in Terris homines nancisci nequaquam posse. Testatur hoc verò præter Christianam fidem, infinita illa propeinodum & grauissima, ærumnarū, malorum, curarum, periculorum, ac sollicitudinum genera, quibus dies, noctesque non iisdem omnes, sed alijs homines alij discribantur. Testatur illa ipsa omnium testis

# CHRISTOPHORI FINOTTI

& cogitationum, & consiliorum conscientia, quæ veritatem Solis lumine clariorem mendacij nube perperam cælare si nolit, in confessio palam ostendet non ipsam modo ægritudinem animi, sed grauem quandam miseriam corporis, qua verum genus omne felicitatis arcet. Testatur insigne illud Athenarum lumen, perquam doctus Antisthenes, qui nescio cuius voce rogatus, ut in cæteris assolebat, quid foret mortalibus beatissimum, felicem dicebat mori, quod qui felicem absoluit vitam, huic aduersi nihil potest accidere, quod egritudine aliqua, & mortore felicitatem ueram, & absolutam contaminet. Testatur denique magnus ille legum coditor Græcarū Solon, sapiens unus est septem qui apud Crœsum Lydorum Regem, neminem iudicauit beatum fore, qui felicem, ac beatam vitam felici, ac beato non exitu absoluisset. Quarè istud est possum Aud. ac citrā controversiam omnem firmatum, in hominum vita, quamdiu vitam in Terris agimus, summum, ac verum felicitatis genus obtineri non posse. Si qua tamen ex humanis rebus afflatur felicitas, quæ certè aliqua videtur afflari, ea non alium magis honestat hominem, & immortalitati commendat, quam qui præstabilem quandam facultatem

tatem nō loquendi , sed eloquendi, ac bene,  
ornatequè dicendi in Senatu , concione ,  
apud Patres, apud Populum possidet. Di-  
cite, oro uos, quē vulgus hominum felicem  
vocat ? Nolo diuitem dicere . Iniquum est  
énim illud, & paucorum , & peiorum iudi-  
cium. quamquam enim Simonides dubita-  
bat , vtrum esset optabilius diuitijs valere ,  
an sapientia, quod sapientes videbat frequé-  
tare diuitium fores; in abundantia tamen di-  
uitiarum, & opum, vt disputabant Stoici, ma-  
lus aliquis esse potest, bonum verò, & felici-  
tas malo nemini esse potest. Nolo voluptuo-  
sum hominem dicere , non tecta magnifica ,  
non aniplas ædes, non aurum, argentumque  
non fundos fructuosissimos possidentem ,  
non iactantem Cœlo proximas Aedes, non  
cultam seruorum cohortem ostentantem ,  
non gemmeam suppellectilem , non pretio-  
sa vascula explicantem , quod res istas omi-  
nes credam esse ad nequitiam incitamenta ,  
domini splendidum carcerem , aurum vin-  
cu la, comitatum custodiam satellitum, reli-  
qua puerilem, & ludricam pompam.. Nolo  
dicere hominem, qui supra quām satis est, ni-  
hil appetens, paribili, minimoquè conten-  
tus , suis ipse cupiditatibus imperet ; quod  
certè tanti duxisse ferunt Spartanum Re-  
gem,

**CHRISTOPHORI FINOTTI**  
gem, ut diceret nullum esse imperium speciosius, quam suam sibi libertatem seruando, animi cupiditatibus imperare; qua ratione concludebat Diogenes, sapientes omnes semper feliciter, absolutè, ac fortunatè vivere. Non dicam ego tamen fortunatum hunc hominem, quod videbatur Socratis. Causam percontamini? quod angustis nimium finibus humana felicitas contineretur, si in eo, quod minimum isti reputant, cōquiesceret. Quis ergo apud vulgus hominum inter homines felix? Puto ego, qui ius habet in alios, qui imperat, qui mentes hominum, atque animos regit. Ita fortasse Romanus ille, qui libidine dominandi & publicam libertatem, & priuatam vitam euerit. Quasi enim nihil esset optandum aliud, quam regnum in alios, & imperium, ea de causa, suis deque iura omnia, diuina scilicet, & humana faciebat. Eosque ex Phoenissis Euripidis habebat in ore senarios.

*Si violandum est ius, regnandi gratia  
- Violandum est. alys rebus pietatem colas.*

Impiè profectò, qui pietatem in Deum, & homines vel imperio quouis improbo, turpique diuenderet. At genus hoc tamen aliquod felicitatis habetur, è solio domini. Id si ita est, Deus bone, quem virum viro elo-

ro eloquente feliciorem imaginari, ac confingere possumus? quem dominando, imperando potentiorum? quem ius habendo non in corpora tantum, sed animos promptiorem? Trahit hic dicendo Aud. hominum cætus, moderatur animos, irrepit in sensus, permouet affectus, mentes allicit, voluntates impellit, quò vult, & vnde vult, deducit, modò elicit lachrymas, modò ad risum, & hilaritatem traducit, permisit totam concionem, ac Ciuitatem, vibrat interdum orationem fulminis instar, effundit aliquando incitati ritu fluminis alveo redundante, pugnat in contentionibus, oppugnat, expugnat, non fortibus modò, sed ornatu armis fulgentibus, non solum ferit fulminibus, sed etiam terret tonitruis, & fulguribus acceptis coruscat. Expediam verbo. Dominatur ubique, apud omnes, in omnibus flexanima illa, & viætrix metuum, & omnium Regina rerum nobilis eloquentia. Sic ut aliud extet nullum magnificenterius, speciosius, ac sublimius regnum, quam quod gerit in homines eloquentia. Et sane verò cum duæ sint animorum hominum partes, expers rationis una cum belluis, rationis compos altera cum Diuis communis, mirum est, quam validis utramque machinis.

# CHRISTOPHORI FINOTTI

nis adoritur eloquens , quām fortē vtrīq;  
arietes admouet , quām facilem de vtraque  
victoriā , & triumphū reportat . Dicam  
de viliōri parte , omīssa in p̄sens altera , vbi  
sedem habet appetitus , & ira , quibus innu-  
merā ferē assidet affectuum turba , amor , vo-  
luptas , odium , lētitia , mēror . quid scio ?  
improba vis Herebi , dicebat Poetarum qui-  
dam magni nominis , cunctorum causa ma-  
iorum . In ea dominatur , regnat , imperat ,  
exercet penē tyrannideū eloquentia . Quid  
enī illi tam facile , quām cum liber , iram  
tacitam excitare , odium pacatū ciere ,  
amorem consopitum accendere ? Quid tam  
vſu comparatum , & solitum , quām vola-  
ptatem , mērorem , risum , lachrymas , vbi  
vult , apud quos , quo vult tempore commo-  
uere ? Paucis . Nihil tamen efficax ad excitan-  
dos affectus , nihil tamen p̄sens ad impellen-  
dos in omne genus perturbationū homi-  
num animos . Hinc apud Athenas vim elo-  
quentiæ magnam pertimescentes , tot , tan-  
tisquē rationibus in Areopago , lege , præco-  
ne , nocte , tenebris cautum , vt nē recta ratio  
per affectuū motionem , que per sensus ocul-  
lorum , & aurium irrepit ad animum , in fe-  
rendis sententijs ab honesto , & æquitate ,  
defleceret , à proœmio , & epilogo abstine-  
retur

retur in totū, noctū disceptatio fieret, amo-  
tis luminibus, inter tenebras, audiente  
Iudice, non vidente peroraretur. Cur ita ?  
nè Oratorum apta, dispositaque facundia,  
re quapiam obiecta, & mouendis affectibus  
peruerterentur iudicia. quod tum aliàs sà-  
pe, tum Hyperidis actione contigerat ; qui  
Phryinem, famosum scortum, grauissimo-  
rum scelerum ream, eius nudato corpore,  
ad commiserationem excitato Iudicū se-  
ueriorum confessu, suppicio capitis libe-  
rauit. Proh Deus bone, tantum ab eloquen-  
tiæ vi, & imperio, tantum ab Oratoribus  
regnum ferè in alios exercentibus metue-  
runt ? Ita sanè ; iure tamen optimo metue-  
runt. Tanta est enim eloquentiæ vis, & po-  
tentia, vt quod nulla res alia, possit quam  
facillimè omnia ; longè illa quidem auro,  
argentoque potentior; cuius tamen poten-  
tiam Philippus Parens Alexandri deprædi-  
cans, nihil esse tam forte, nihil tam muni-  
tum & verbo inquit, & facto docuit, quod  
auro non expugnetur. quod ipsum Poetæ  
Danaes fabula ab Ioue stuprum passæ, Deo  
in aurum verso significarunt. Quamobrem  
Flaccus.

*Aurum per medios ire satellites,  
Et perrumpere amat saxa, potentius*

¶ Ictu.

CHRISTOPHORI FINOTTI  
*Iētu fulmineo.*

Vultis verò rem istam totā exemplo aliquo comprobemus . Faciemus profectō , vno dumtaxat, eoquè clarissimo , quò breui suscepta hēc disputatio finiatur . Periclem Atheniensem audistis frequenter eloquentissimum hominem , & annos circiter 40. præfuisse Athenis, & in vrbaniis eodem tempore , ac bellicis rebus summum ius, & imperium tenuisse . Quid ita in libera præser-tini Vrbe , sumimequè pacata ? quòd ille ipse , qui nonnumquam nectar , & ambrosiam lingua fundebat , qui mellitos rores, rosas, & violas ore spargebat , qui dicendi lepore, ac suauitate audientium animos demulcebat, eamq; ob causam in animi sui mentem , & consilium quoquò vellet, & quos vellet, trahebat, idem ille interdū quoquè tonando minabatur, fulgurando terrebat, & fulminibus concionum suarum totam Ciuitatem, ac Rempublicam permiscebatur ; factus ea ratione Athenarum Princeps, Dominus, Imperator, non alterius ullius ope, ac præsidio , quām eloquentiæ . Hinc Eupolis Comediarum scriptor nobilis tantam dicendi grauitatem , & potentiam Periclis demiratus, non Apes, vt olim Platonis ore, sed habitasse in eius labijs dicebat Pytho . Sed quid est

est Pytho Aud? Latet, latet mysterium, credo, aliquod obscura ista voce, nobisque incognita. Vultis illud aperiamus, & quasi è putoe Democriti profundissimo hauriamus? Adeste. Deam quandam arbitrabatur Cicero, cuius imaginem Thebis in Templo Praxitelis opera dicatam ferunt, quam suadendi Deam, & Opificem Quintilianus dicendi Magister bonus exponit. Alij eruditio[n]is filiam, ac sororem veritatis interpretantur. Non desunt, qui inter Charites numerabant. Suadum Ennius, Flaccus suadēlam nominat, à suadendo videlicet. Cuius tanta vis esse videbatur Themistocli, ut parem faceret necessitati. Cum enim pecunia causa ad bellum exigendæ in Andrum nauigasset, affatus populos, binas se illis inquit afferre Deas Pytho, καὶ οὐδὲν οὐδὲν, persuasione nimirum, ac necessitatem, quibus Athenienses compulsi pecuniam deposcebant. Orator tamen alibi, quem sequuntur non pauci, non uno in loco, Pytho suauitatem reddit, cum Eupolidis testimonium de Periclis eloquentia referens, in eius labelis ait leporum genus omne cōsedisse. Quid tamen hoc rei? Ita nè dissentiens à se ipso Orator Maximus, ut aliam rem, atque aliam pugnantem ferè loquatur? Quid Pytho nūc suz-

# CHRISTOPHORI FINOTTI

suasionis Deam, nūnc leporem interpretatur? Responsum ferte. Duplicem vim eloquentiæ demulcendi nimirum, ac suadendi, quam vno verbo Eupolis eleganter incluserat, voluit ille duobus prudenter enucleare, atque reponere. Suadet enim, ac mulcet eloquentia, quosdam argumentorum pondere, alios verborum illecebris, ac delitijs sententiarum trahit. Omnes demum suo nutu, lege, iusso, imperio, dicto regit. Itaque Pericles Orator nobilissimus, oris sui hospite Pytho leporis, ac suasionis Dea, & permulcebant Atheniensium aures suavitate dicendi, & stimulos in eorum animis, quibus excitarentur, relinquebat. Apī consimilis, quæ mel dulcissimum pariter habet, & aculeum acutissimum. O vim igitur singularem, & incredibilem eloquentiæ. ò Principatum, ò Potentiam, ò Imperium longè pulcherri-  
mum. Nunc intelligo Audit. vetus illud prouerbium, Lupum auribus teneri nō posse, Populum posse. Capio nunc poetarum mentem fabellis configentium.

*Vocalem temere infecutas*

*Orpheas sylvas.*

*Arte materna rapidos morantem*

*Fluminum cursus, celereisque ventos,*

*Blandum & auritas fidibus canoris*

*Ducere*

*Ducere quercus.*

Video non esse omnino stultam , & absonam de Amphione Creatore Thebanæ Vrbis hyperbolem , qui exaggerata quadam cantus , atque orationis forma dictus est.

*Saxa mouere sono testudinis , & prece blanda*

*Ducere, quò vellet.*

Sunt hæc , & alia potentis eloquentiæ , & eloquentis potetiæ testimonia . Sunt sacri eius , quod exercet , imperij , & principatus insignia . Sunt erecta regiæ Oratorum magnificentiæ , ac felicitatis trophæa . Ut persuasum iam omnibus esse possit , proprium esse dominantis , atque imperantis eloquentiæ , tenere , ducere auditores , concursum facere , permouere , impellere , affectus ciere , imperium denique in hominum animos , ac voluntates tenere . Quamquam Auditores regnum istud eloquentiæ plus etiam valet in sedandis perturbatis affectibus , quam in ciendis , ac perturbandis . Testes huius rei ad manum habeo Poetas omnes , qui pulcherrimis illis de Orpheo fabulis rem istam omnem adumbrarunt ; quia enim feros affectus improborum hominum dicendo compressit .

*Dictus ob hoc tenuisse feras , traxisseque sylvas .*

*Flumina Threicia sustinuisse lyra .*

## CHRISTOPHORI FINOTTI

Nū enim putetis illum traxisse syluas? Non  
syluas traxit, sed syluarū incolas. Num saxa  
emolliisse? Non saxa emollijt, sed saxeа ferē  
mortaliū pectora. Nū mitigasse feras? Non  
feras, sed homines efferatos. Num ventos  
continuisse? Non ventos, sed ira percitos  
ad vltionem currentes. Num fluuios re-  
tardasse? Non fluuios, sed in genus om-  
ne libidinum homines defluentes. Tan-  
ta uis illa, & potestas orationis fuit, vt per-  
turbationes omnes, quę sunt animi quidam  
morbi, quibus mentes hominum grauius,  
quām æstu, febrique corpora afflictantur,  
non releuaret solum, sed medicina eloqua-  
tiæ adhibita in totum sanaret. Ita & Spartę  
Tyrteum olim quendam fuisse accepimus,  
cuius carmina, in quibus erant conscripta  
belli consilia, damnorum solatia, incita-  
menta virtutum, quotiescumque è castris  
educeretur exercitus, in regium tabernacu-  
lum conuocati milites cum audirent, eo-  
rum inflatu, atque instinctu è uestigio me-  
tum omnem abijciebant; pericula non ani-  
mosè solum, sed prudenter subibant; nec  
fortem tantum, sed gaudenteim, ac liben-  
tem animum afferebant ad mortem pro  
patria, si opus esset, appetendam. Ni-  
mirum ægris, atque infirmis animis bonum  
esse

esse medicū orationem aiebat Aeschylus.  
 Quāmquam meo iudicio rectius, medicinam Orationem, oratorem dixisset esse me dicum. Medetur ille quidem perturbationibus animi, talemquē, ac tantam in dolore præsertim alleuationem præbet, vt non sine causa laudibus extollendum Antiphōtem censuerim, qui & artem abstergendorū dolorum condidit, & Corynthe pro foribus scripsit, se eos, qui in erore afficerentur, verbis alleuare. Lætitiam verò exultantem in voluptuario homine tam facile cōprimit, vt nihil videatur facilis factum Polemonis apud Xenocratem puto vos perlegisse, qui cum esset adolescens luxuria perditissimus, distentus crapula, vino languidus, delibutus vnguentis, pellucida veste amictus, scholā Xenocratis Philosophinobilissimi petulāter ingressus, temulēta lascivia, & iuuenili licētia inchoatā ab illo disputationem interpellando turbaturus, ubi de moderatione, ac temperantia differentem Philosophum sensit, ui, & grauitate orationis vicitus, coronam primum de capite detractam projicit, deinde brachium intra palium reducit, tum oris effusam hilaritatem comprimit, postremò totam lasciviam exuit, eloquentięq; Xenocratis medicina sana

E a tus, ex

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**  
tus, ex infami ganeone factus insignis Philosophus, ipsi Magistro in gymnasio Philosophico primus succedit . O potestatem inauditam eloquentiae ; ò vim efficacem dicensi, tantæ , ac tam mirabilis mutationis effectricem . Quid modo dicam de iracundia comprimenda ? quid de metu abigendo ? quanta est in ijs rebus ornatæ orationis potentia ? Habetis Magistrum Romano rum militum Cœfarem; Imperatorem, ac Regem Macedonum Alexandrum habetis ; quam enim sepe iij suorum militum animos ingenti metu, formidineque perculsos, siue aduentu hostium, siue multitudine copiarū siue etiam robore consternatos , & fugam ferè, ac discessum ex acie meditantes, in concionem vocatos , diserta, grauique oratione, quæ commilitones blandissimè compellando, quæ vires hostium minuendo, quæ præmia victoriæ proponendo, quæ etiam comminando, timore depulso ad exercenda militiæ munera confirmarūt, vires animo, animum menti , mentem pectori trepidanti adeo reddiderunt , vt tum vistato militiæ more non alacritatem modo, sed etiam audaciam præferrent, & paulo post insolita fortitudine præliati, de ijs ipsis, quos formidauerant, in signem, gloriosamque victoriā reporta-

reportarent . Plenæ sunt exemplorum historiæ, pleni annales, plena vetustatis factorum memorabilium monumenta; quibus sedulò voluendis , ac perlegendis dicati Adolescentes statim agnoscunt, quāta esset apud milites Cæsarianæ facundiæ virtus , quanta potestas facundiæ Macedonicæ, quanta aliorum Imperatorum orationis ornatae beneficio in re militari potentia . Nolo plura dicere Aud. nè humanitate vestra , prolixiori verborum circuitu , in re præsertim notissima abuti videar . Hæc erit ergo dictorum summa . Per amplè dominari apud omnes, vbiique disertum , eloquens, litteratumque ingenium , magnumquè esse, ac speciosum in animos hominum imperium eloquentiæ: quæ etiam cum tacet, clamat, cum filet, mouet, & tacitos quosdā affert animis motus. Ex quo id sequitur Aud. quod volebam , si eam existimamus vulgo felicitatem, ius, & imperium in alios obtinere, nihil excogitari posse felicius , nihil eo homine fortunatus, qui copiosè loquendi peritiam, sapientiamquè adeptus, non tam humanis corporibus, quam animis dominatur . Quæcum ita sint Adolescentes optimi, vos siquidem appello , quos eloquentiæ studium, ac disciplina excitat ad laudē copiosè, sapienter-

E 3 que

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**

què dicendi, videte, quam vigilandum vobis, ac laborandum est, nè tam præclaram se getem gloriae, tam vberem felicitatis materiam, tam nobilem imperij, regnique parentem contemnatis; neuè tantam opportunitatem, quanta vobis offertur, elabi sinatis è manibus. Date operam ei, ad cuius laudem iamdiu exarsistis, eloquentiae. Comparate, comparate vobis artem istam pulcherrimam, decentissimam, honestissimam, quæ talem, ac tantum potest afferre fructum, quantus inesse potest, quod in alios optamus omnes, imperio. Comparandi modum Aristoteles me interprete dabit. Huius vos præcepta ad eloquentiam ex hoc suggesto audietis. Vestrum erit accipere, & vsu non tam probare, quam confirmare. Hoc erit curriculum, in quo per hunc ipsum annum strenuò desudabitis. Hoc theatrum ad gloriam, ad felicitatem, ad Imperium, in quo vestra spectabitur virtus; quod ut contento cursu, & studiose faciatis, vos, meus quantū in uos amor postulat, tantum hortor. Dixi.

**I N**

34



# IN FUNERE SERENISSIMI PRINCIPIS Venetiarum NICOLAI DONATI Oratio.



ERÉ illud, vt alia  
pleraq; bonus Va-  
tes N. N.

Non semper idem  
floribus est honos  
Vernis, nec uno Lu-  
na rubens nites  
Vultu.

Nimirum ea est humanarum rerum mo-  
bilitas, atque inconstantia, vt more aqua-  
rum æstuantium, & insano propè impetu  
decurrentium, firmo nunquam, ac stabili-

E 4 con-

CHRISTOPHORI FINOTTI  
consistant gradu ; sed hanc illac fluentes,  
quando perpusillæ , tenuesque labantur,  
summæ interdum, & altissimæ, demissæ mox  
etiam fluant, & humillimæ : nihilque om-  
nino in hac ipsa rerum vniuersitate sic flo-  
reat, quod decorem aliquando suum, tan-  
quam Veri succedat hyems, non perdat: ni-  
hil tam clarum, illustreque appareat, quod  
affidua vicissitudo temporum nō obscuret :  
nihil tam altū, & sublime consurgat, quod  
sua demum sponte, quasi quoddam matu-  
rum pomum non cadat. Ac esset quidein,  
**Auditores**, vnde fidei argumenta ducere-  
mus innumera, ni præsens haberemus gra-  
ui cum nostro dolore animi testimonium.  
Supremū hoc scilicet, ac funestum exequia-  
rum munus, quod insigni pro vestra erga  
illum pietate, qui vos perpetuò dilexit vi-  
uens, mortuo pro dignitate persoluitis, Ni-  
colao Donato Venetiarum Duci longè op-  
timò, atque amplissimo. Cuius vel ipso tan-  
tum audito nomine, statim singularis quæ-  
dam humanæ felicitatis, atque amplitudi-  
nis species sub oculos vniuersorum erum-  
pit : sic, ut ad illius cupiditatem omnium  
sanè trahantur animi, at spe deficiant pluri-  
mi: & quod sequantur in eo, felicissimum  
habeant, quod assequantur, non habeant.

Ita

Ita certè dum vixit, vnum verò supra octoginta annos vixit, nihil non feliciter Nicolo Donato, nihil non cessit gloriose, ad summum usque, & augustissimum Imperij Veneti Principatum. At nunc eundem, proh dolor, supremo dum honore proficimur, non viuentem, sed mortuum; non adsidentem, sed decubentem, non auleatis, ut ante, ædibus, sed atrato exceptum Templo; non in aureo throno, sed funebri iacentem lecto; non Purpuratorum corona Patrum, sed squalentium virorum numero circumseptum; non lætis hinc inde populorum acclamimationibus decantatum, sed plangoribus vniuersorum, & lachrymis comploratum; Deum immortalem, an spectaculum acerbum istud non moneat, nihil esse, ut aiebat Flaccus, ab omni parte beatum? nihil, quantunicumque sit gloria, fore hic in Terris perpetuum; sed quæcumque habuere initium, eadem quoque semel extum habitura? O fallaces igitur nostrarum rerum conditiones. O vanam, & instabilem, ac breui transiuntē Mundi huins gloria, imperijque naturam. Et inflantur tamen, heu me miserū, honoribus homines? Et erigunt supercilia? Et se ambitiosè circumspiciunt? Et magnis plerumque cogitatione-

# CHRISTOPHORI FINOTTI

tationibus implent pectora? Nec à Nicolo Donato Venetiarum Principe Serenissimo discunt, qui sit omnino rerum mortaliū exitus, quam surda, & inexorabilis mors, cum ei nequaquam pepercérit, cuius vel ipsa incolumentas votorum esse poterat summa multorum. Ite, ite vos, si libet, fidite vestris opibus, honoribus, fascibus, sceptris etiam, & imperijs. Credite nec vos ijs, hec ea vobis ullo unquam tempore defutura; quando quem tñn ita pridem ad supremum in Senatu Veneto Principatum euexerat Fortuna simul, & Virtus, repente Nicolaus Donatus Princeps optimus, velut aliquod subito emicans, & euanescentis fulgur, & Principatu simul cessit, & vita. Sed mutanda est oratio Auditores, & alia nobis ineunda dicendi ratio: est enim opus hic laudatore, non hortatore. Siquidem, ut nihil omnino pro vestra Patres Amplissimi sapientia, atque in Principem optimè meritū obseruantia prætermittitur, quod pertineat ad funus tanti Principis celebrandū, ita certè nec ipsa præteriri debet laudatio, qua summorum virorum funera, & maxime Principum honestantur. Quamquam credo ego Aud. Laudissimi Principis laus magna esse potest hortatio, ad eius nimirū

virtu-

virtutes , & ornamenta animi imitanda .  
Cure enim putatis olim apud Veteres , cele-  
brioribus in exequijs , indicto iam funere ,  
cùm produceretur cadauer insigni cù pom-  
pa , tibicinem solitum præcessisse , qui ad  
tibiam caneret mortui laudes eo cantu , qui  
Nænia vocabatur : & duni cremaretur cor-  
pus , nam ille mos erat , orationem haberí  
solitam , quam Epicedion nominabant ?  
Honoris causa. Ita sanè . At dum mortui ho-  
norabantur , ad honorificū vitæ genus pro-  
sequendum , honoris studio viuentes exci-  
tabantur . Iuuat enim Aud. videre , vel au-  
dire præmia recte gestorum in alijs , vt ea  
sint nobis ad benè agendum , ac benè viuen-  
dum incitamenta . Agè verò quis in Re-  
publica Veneta , nè dicam in Orbe toto , &  
ornatiōri vitæ genere commendatus , & ma-  
ioribus vñquam præmijs , & honoribus est  
affectus , Nicolao Donato Venetiarum Prin-  
cipe Augustissimo ? Cui quicquid vñquam  
optare solent à Deo homines , quicquid pre-  
stare Deus hominibus consueuit , verbo ,  
quicquid cupiditate informari , quicquid re-  
ipsa percipi potest , totum hoc diuinitus ob-  
tigit ; vt propterea , siue spe&tes recte facto-  
rum laudem , siue honorum , atque ampliu-  
dinis præmia , votis hominum Nicolauſ ,  
vel

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**  
vel ab ipsa pueritia usque ad inuidiam frui  
felicibus videretur. Utinam verò Aud. tan-  
ta mihi esset uertas ingenij, facultasquè di-  
cendi, ut saltem eius culpa nè deterretur,  
quod à me amplificari non potest. Conarer  
**ex innumerabilibus eligere pauca, quæ vo-**  
**bis ponerem ante oculos, ac menti **vestræ**subijcerem, è quibus, quanta fuerit virtu-  
tum, & honorum, quibus Nicolaus Prin-  
ceps eluxit, magnitudo, & excellentia, re-  
cordari possitis. Dicam tamen, quando ita  
vultis, & pro tenuitate téporis, & eloquen-  
tiæ inopia parcè dicam. Et quando propria  
Nicolaus habet plurima, magna laudatio-  
ne dignissima, omittam consultò ea, quæ ha-  
bui & ille cum multis, digna laudatione cō-  
munia. Quid enim? Num à nobilitate ge-  
neris, vt decantatæ Rhetorum leges cla-  
mant, suscepit laudationem exordiat?  
Num pulcherrimum ordinem, seriemque  
Donatorum Patritiorum longissimam nu-  
merabo, qui ex Altini Vrbe olim pulcher-  
rima, & florentissima, quam solo æquarunt  
Hunnorum arma, abhinc mille annis, &  
pluribus, in hac Mundi luce, & sola liber-  
tatis æde clarissima, magno cum Imperio,  
maiori cum posterorum inuidia floruerū?  
**Num recensebo sigillatim maiores eius, cla-**  
**rissimos****

rissimos viros , è Præsulum genere Ludouicūm Venetum, maximi nominis Cardinalem primum , Thomam septimum Vrbis huius Augustissimæ Patriarcham integerrimum , Aquileiensem Nicolaum , & alios Archiepiscopos , & Episcopos plurimos , quorum pro vitæ instituto gloriofam , sanctamque memoriam nulla vnquam obliterabit ætas , nulla posteritas conticescet ? E Senatoribus verò Hieronymum insignem Philosophum , Ioānem Oratorem agnomine celeerrimum , Christophorum Brixieni Præturæ , ac Præfecturæ magnis bellorum motibus ter impositum , Leonardum Procuratorem Nicolai huius Principis Proauum , hominem sapientissimum , Nicolaum eiusdem Auum , Senatorem Amplissimum , qui quo tempore commune uobis , ac sociale bellum maximorum Principum armis inferbatur , recentis montis solutionem , in quo triginta ille duo aureorum millia deposuerat , ad stipendia militi persoluenda , sapienter impedijt : mox autē peracto bello , rebusque compositis , alijs sanè solutionem restituit , suam sibi non reseruauit ; sed inaudita benignitate totam illam pecuniā in pauperes familias , religiosorum domos , puellarum virginum cætus , futurū sibi gloriæ

**CHRISTOPHORI FINOTTI**  
riæ eternum apud posteros monumentum  
erogauit? Num hos inquam, & sexcentos  
alios numerabo, è Donatorum familia Illu-  
strissimos, domi, militiæque clarissimos,  
qui ob res sapienter, fortiterque gestas, sum-  
mos honores in Rep. consecuti, spirant ad-  
huc nō in æreis statuis, sed in hominum ani-  
mis, & memoria posteritatis gratissimæ vi-  
uunt sempiterna? Minime verò vbi enim  
tot lucent ornamenta virtutum propria,  
prætereunda sunt omnia, quæ communia  
multis profiscuntur à maioribus, & fami-  
lia. Enim verò dum viueret Nicolaus Do-  
natus, harum rerum commemoratione de-  
lectabatur parum; quippe qui norat, haud  
quaquam fuisse in manu nostra, quos forti-  
remur Parentes; sorte nobis datos, non ele-  
ctione nostra, iudicioque delectos. Quin &  
illud è Socratis penetralibus hauserat, non  
posse veram, nec solidam summi laudem,  
vbi nec voluntas, nec prudentia, nec ulla  
virtus animi colluceret. Non ergò in Nico-  
lao Principe magnoperè prædicandum, Au-  
ditores, quamquam innendum fortasse,  
quòd amplissimis sit ortus parentibus; sed  
quòd dignum se parentibus filium honori-  
ficientissimo vitæ genere demonstrarit. Non  
quòd Paternam Donatorum, Maurocen-  
rum

rum Maternum genus , vtrumque Venetijs  
illusterrimum à maioribus acceperit , sed  
quòd vtriusque gentis nobilitatem , rebus  
virtute gestis nobiliorem effecerit . Non  
quòd purpuratorum Patrum , Senatorum ,  
Procuratorum , Principum , Præsulum , Pa-  
triarcharum , Cardinalium claritate , Do-  
natorum familiam decoratā repererit , sed  
quòd suæ splendore dignitatis Donatorum  
dignitatem quām maximiè amplificat . His  
ergò libenter omisssis , vt dicebam initio , in-  
genij decora , & ornamenta Nicolai Prin-  
cipis cursum arripiat orationis . nihil enim  
de bonis corporis , & quadam oris venusta-  
te : nam turpe ducebat quidam è Romanis  
Imperatoribus , cùmanimū habeat homo ,  
laudem captare ex corpore . Quamquam  
Platonicum illud valet , ex forma ipsa , &  
specie dignosci cuiusq; animum ; quòd nec  
improba anima diuersorum optet , in quo  
habitet , nisi turpissimum , nec quæ fuit ani-  
ma Nicolai Ducis pulcherrima , domiciliū  
voluisse potuerit nisi pulcherrimum . Et ve-  
rò ex aspectu ipso , & facie mirè splendebat ,  
quasi quodam è speculo , ingenij bonitas in  
Nicolao , atque præstantia . Quam is Pa-  
tavij in celeberrima illa videlicet , & anti-  
quissima bonarum litterarum , & artium  
offici-

CHRISTOPHORI FINOTTI  
officina, adeò excoluit ingenuis discipli-  
nis, & artibus, vt omnem longè vincat  
conatum animi, omnem longè superet lau-  
dationem. Nouerat enim quantum digni-  
tatis afferat homini eruditio, quantum op-  
timarum disciplinarum, ac Philosophiae pre-  
sertim studia pariant ornamenti. Certè vt  
nihil aliud, Aristippus ille Diogenis æmu-  
lator, cuidam sciscitanti, qua re esset filius  
melior euasurus, si eum curaret litteris in-  
formandum, respondit, nè in theatro super  
lapidē assideat lapis, & si leges omnes abo-  
leantur, æquabiliter tamen viuat. Tanti er-  
gò spe fructus coluit ille animum, effinxit,  
ornauit. corpus enim habebat ornatissimū  
atque pulcherrimū, & illud modo curādū  
erat, vt pulcherrimo, & ornatissimo corpo-  
rianimus quoq; responderet pulcherrimus,  
atque ornatissimus. Quid autem fecit? ve-  
rius, quid non fecit? Profecit plurimum:  
tantum profecit, quantum potuit is, qui op-  
timo ingenio, peraci iudicio, naturali qua-  
dam vbertate dicendi præditus, præstantif-  
simorum Doctorum opera assidue vhus est.  
Quantum potuit, ac debuit is, quem Illuстрis  
simus, atque idein litteratissimus nostræ re-  
cordationis Cardinalis Valerius, studioso-  
rum, & eruditorum hominum in primis  
amans,

## ORATIO III.

amans, mirificè adamauit. Sic, vt Patauio Venetias redeūtem in perhonorifice illo , quo fungebatur Logicæ , ac Philosophiæ interpretandę munere, egregium sibi successorē, & aptissimum, factis etiam ea de re precibus, conclamaret . Quantum denique par est eum profecisse, qui mira celeritate sapientissimorum virorum prudentiam , sapientiam, amplitudinem superauit. Rapietur nempè ad similitudinem ornatissimorum hominum excellens illa natura , atque vt se talem effingeret , quales ante se tum maiores innumeros , tum etiam alios inspectabat, tantundem, quantum poterat, laborabat . Effigiem sibi præclarissimorū Virorum, sapientissimorum Patrum , amplissimorum Principum ante oculos collocabat , quò ex ijs singulis , quemadmodum è varijs flosculorum generibus per prata volans mellis suavitatem apis exhaustit; ita ille speciosam legeret , atque imprimiceret animo pulcherrimarum virtutum imaginē elegantem . Zeuxim nempè imitatus, Heracleontem illum pictorem quam celeberrimum: qui à Crotoniatis olim in Italia floribus omnium vi copiarum rogatus, & mercede magna conductus, vt Helenæ simulachrum formosum pingeret, quod in Iuna

F

nis

# CHRISTOPHORI FINOTTI

nis templo religiosissimo egregium artis  
sua opus, & monumentum relinquere, ali-  
quot sibi afferri iussit formosissimas virgi-  
nes, quarum venustate inspecta, mutum in  
simulachrum ex animali exemplo veritas  
transferretur. Putabat enim Zeuxis, ac ve-  
re putabat, nō omnia, quae ad pulchritudi-  
nem pertinerent, uno in copore reperiri  
posse. Quod ille igitur de dignitate corpo-  
ris recte iudicabat, Nicolaus Princeps mul-  
tò rectius de venustate animi sentiebat. Nō  
enim ita tenuis, ac per exiguis singi potest  
ornatus animi, quem ad formandum partes  
non requirantur multæ, atque ut sapiens si-  
simus ille dicebat Socrates, splendores mul-  
ti, & multi radij ad unum velut Orbem il-  
luminandum. Maiorum ergo dignitas om-  
nium, amplitudo, religio, sapientia, modera-  
tio, rei communis amor, tranquillitatis pu-  
blicæ studium, aliæquæ sexcentæ animorum  
dotes versabantur diu, noctuquæ Nicolai  
Ducis ob oculos, quibus ad suum quoque  
animum decorandum magnopere incita-  
batur; nec modò, ut æquaret alienam animi  
pulchritudinem, verum etiam ut sua ipse  
pulchritudine superaret, inflammabatur.  
Itaque tanquam perpetuò in quodam Or-  
bis versaretur theatro, & sanè verò theatrū  
Orbis

Orbis Venetiarum est augustissima Ciuitas  
 in qua ille versabatur , nihil vngam abie-  
 cium, adolescentis primò, vir postea, Senator  
 demum, & Princeps, nihil ridiculum , nihil  
 humile cogitauit ; nihil vñquā dixit, quod  
 postea reuocatum, nihil fecit, quod infectū  
 vellet . Praclarè omnia, prouide, sapienter  
 ad commune bonum, ad priuatam utilitatē  
 compositè . Carus ob eam rem, & acceptus  
 Patriæ, Populo, Patribus, è Coelo propè de-  
 lapsus, vt de Pompeio Romanus olim ora-  
 tor, atque à Dijs immortalibus , vt nomen  
 sonat, Donatus . Totum enim ille se, quādiu  
 vixit, ad amplificationem porrexit publicæ  
 dignitatis: ad studium, & incrementum nō  
 tam priuatæ rei, quam publicæ . Dicam ver-  
 bo, Auditores, ac verè dicam . Post Deum,  
 & Parentes, quos religio, & pietas primū iu-  
 bet amari, fixa illi herebat in pectore patriæ  
 cura . Coccoquebat illius animū amor Popu-  
 li, Ciuiū salus, Senatus dignitas , Vrbis vni-  
 uersæ tranquillitas , atque inter cætera Ve-  
 netæ libertatis , quæ vniuerso admiranda  
 est Orbi, serenitas . O Ciuem igitur longè op-  
 timum, & sanctissimum . O animum Ni-  
 colai verè nobilem , atque pulcherrimum,  
 Quid ergò mirū Auditores, vel in ipsa ado-  
 lessentia ad summos etiam honores ene-

F a c t u m

## CHRISTOPHORI FINOTTI

Quum Sapientium testimonio honores meruisse, decus est optabilius, quam honores obtinuisse. At obtinuisse simul, & meruisse, longè optabilissimum. Et Nicolaus Donatus, dicam clare id, quod est clarissimum omnibus, & meritus est omnes in Rep. Veneta honorum gradus, & quia meruit, est ferè omnes consecutus. Ascendit ille cursim omnes dignitatum gradus, quos potuit, & quos ille cursim habere potuit, cursim ego perstringam. Fuit semel, iterum è Sapientium numero, quæ prima est in Rep. Veneta nobilitatis ingenuæ disciplina. In qua Nicolaus tanta cum admirazione ingenij, tanta cum eloquentia laude, tanta cù grauitate consiliorum se exercuit, ut mirabile dictu sit, quantum eo nomine Patribus, & Senatui vniuerso placeret. Fuit non vna vice, communi rerum aduocatio- ne, insigni sanè titulo ob negotiorum magnitudinem insignitus; eo nempè dignitatis excellentissimæ gradu, in quo & maturitas desideratur constans iudicij, & intelligentia magna sublimitas, & bonitatis, ac iustitiæ plane singularis integritas. Fuit continentis sæpenumerò Sapiens, ac uerè Sapiens Nicolaus, qui nihil, vt olim Bias vñus è Græcis septem, ducebat in bonis, præter

## ORATIO III.

tērēam, quæ sola sibi sufficit, sapientiam.  
 Censuræ dignitate, quæ quodam apud Ro-  
 manos habebatur amplissima; qua non nisi  
 post Consulatum ipsi Consules honestaban-  
 tur, perfunctus est laudabiliter magna cum  
 morum integritate Nicolaus. Hinc ea' mit-  
 to, quæ primò sustinuit, tamen amplissima,  
 Vincentiæ Præturam ob ciuiles alteratio-  
 nes eo tempore difficultitani, laudatissimā  
 Iustinopolis moderationem, admirabilem  
 apud Illyrios, & Dalmatas Syndicatum, pe-  
 riculosam famis tempore Utinensem, pesti-  
 lentia debacchante Fori Iulij gubernatio-  
 nē. Quibus in locis omnibus, præsertim ve-  
 rò Iustinopoli, vix credibile est Aud. quot,  
 & quam præclara ediderit Nicolaus Sapien-  
 tiæ, benignitatis, ac iustitiae monumenta.  
 Nam & Iudaicani ex ea Vrbe impietatem  
 expulit, & montem in ea Pietatis erexit, &  
 Magistratum Prouocationis, saluti misero-  
 rum, & inopum consulendo, prudenter in-  
 stituit. Quam ob causam factum est, ut suæ  
 Parentem Patriæ, Seruatorem, Liberatorem  
 ij illum ciues, erectis etiam ad perpetuam  
 recordationem tantæ huius beneficentiae si-  
 mulachris, & statuis, ad hunc usque diem  
 clamitent, ac decantent. Cui unquam, bo-  
 ne Deus, post Romanorum veterū illa tro-

F 3 phæ,

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**  
phæa, quæ ad hunc diem visuntur Romæ ad  
immortalitatē famæ seruandam, tale quid  
est proditum contigisse? Et ea profectò pre-  
ter opinionem admirabilia, quæ salutis an-  
no supra mille quingentesimo nonagesimo  
in grauissima illa annonæ penuria, & com-  
muni Terrarum Orbis angustia, apud Vti-  
nenses prouidentia prorsus egit incredibi-  
li. Cum veteris illius Ioseph in Aegypto  
Viri Sanctissimi imitatus exéplum, propen-  
dente periculo longè conspecto, octoginta  
quatuor aureorū millia frugibus coemptis.  
expendit, & magnam rerum omnium af-  
fluentiam, non in Vrbe tantum, sed regione  
tota summa cum voluptate populorum,  
suiquè laudatione seruauit. Adde, quod  
ex vbertate rerum magna, quam diligentia  
Rectoris Vigilantissimi compararat, duo  
inopum millia, singulis ex æquo panis in  
diem iusto pondere distributo, memorabili  
exempli benigitatis aliorum Nicolai,  
& precibus Christianæ charitatis amantis-  
simi effectum est. Quid, quod rogatus, suam  
quoquè Patriam, quam ferebat in oculis,  
necessitate rerum grauissima laborantem  
subleuaret, repente affuit, opem tulit, & mis-  
so ingenti segetum numero, exili pretio nu-  
merato, Vrbem Venetiarum tum temporis  
affli-

afflictissimam recreauit? O singularem optimi Rectoris prudentiani. O admirabilem charitatem. Quis amabò facinora hęc laudatissima, quācum decet, laudibus efferat? quis pro dignitate commender? Mitto tamen consultus hęc omnia Auditores, tametsi maxima, & amplissima, quibus singulis singulę vix orationes sufficient. Ad illa me reuoco longę maiora. Siquidé quia summa erat Nicolai Donati in Prouincijs Reip. obeundis dexteritas, & prudētia, factus est illi facilis ad suprema omnia Senatus munera aditus. Bis enim Præfectus Brixiae Vrbis amplissimæ, ac metenses nouem Proprætor fuit. Decem virorum è numero sępe fuit. Consiliariorunt in serie frequenter. Magnus consilij Sapientis plusquam frequenter. Vna illi defuit Procuratoria dignitas, qua quidem dignus videri voluit, qua etiam dignissimus semper est habitus, non modò sapientium, bonorumquę omniū opinionē, ac voce, sed etiam alienissimorum hominum, atque inuidissimorum clamore: qui veritate compulsi, quam dignitatem illi summam deferri noluerunt, non tamē negarunt deferendam. Quid expectatis Patres Amplissimi, vt qua ille moderatione animi, qua prouidentia laude, quo æquita-

F 4 tis,

CHRISTOPHORI FINOTTI

tis, iustitiaeque exemplo in ijs se honoribus  
gesserit, oratione depraedicem? At longum  
nimis facerem, vobis vero, qui hominē vſu  
cognitum habebatis, ingratum. Dicite ip-  
ſi vos, qui eo affiduē in secretis illis subsel-  
liorum vestrorum, & sacrorum conclavium  
penetalibus vtebamini. Dicite inquam  
vos, qui in omnibus, quæ grauioris effente  
deliberationis, Nicolai consilium pro re-  
ſponſo, dictum pro oraculo habebatis; eo  
admonente, nihil non faciebat, insciente  
nihil; magnumque semper illius ſententia  
in veftro illo multorum Regum Senatu, in  
illo Concilio Orbis Terræ grauifimo mo-  
mentum ducebat. Vos ipſos appello te-  
ſtes!, Senatores Prætantissimi, qui in eo ve-  
ſtro auguſtissimo maiestatis, gloriæq; thea-  
tro, in eo sanctissimo magni ponderis con-  
ſiliorum ærario, in eo ornatissimo, atque  
honestissimo Principum!, Legatorum, Du-  
cum, Regum, Imperatorum auditorio, &  
florescentem adolescentis Nicolai pruden-  
tiam, & ſenescentem Senatoris optimi fa-  
pientiam, septem, & quinquaginta, ac plu-  
res forte annos experti, maximis illum, gra-  
uiſſimisque ſemper negotiorum molibus  
præfecistiſ; quibus ingenti cum laude, &  
applauſu veftro optatū ad finem perductis,

Nico-

Nicolai Donati consiliū, bonitatē, virtutē,  
& admītabamini cupidissimè, & summa cū  
admiratione, atque adeò voluptate & mula-  
bamini. Addo vnum pāce vestra, quod vt  
est maximum, ita etiam verissimum fuit.  
Effectum deinceps, vt comitia illa secretā  
omnia, suis quodammodo humeris sustine-  
ret. Nec mirum ad prudentiam enim acce-  
debat per actatē vius, accedebat auctori-  
tas, quā & poterat plurimum apud pluri-  
mos, & propè dixi omnia apud omnes. Ex  
quo etiam factum est, vt multi eum homi-  
nes, familiæ, Ciuitates, Prouinciae, quæ præ  
sentem optimum Rectorem, sapientissimū  
què agnouerant, eundem absentem tuto-  
rem s̄epe, ac patronum vlt̄rō deposcerent;  
quibus omnibus non tantum verbis, & con-  
filio, sed etiam rebus, & factis benignè facie-  
bat. Nihil hoc loco numerandum Audit,  
multò minus augendum videtur; quod &  
umerari facile pauca, & augeri tantū par-  
ua possunt. At quæ h̄c dicenda essent, ea tot  
sunt, & tanta, vt cum spe numerandi, nume-  
randi quoquè cupiditateni, & cum faculta-  
te amplificandi omnem penitus abstule-  
rint uttingendi voluntatē. Septem, & quin-  
quaginta annos Nicolaus; audiant omnes,  
atque vt omnes audiant, rursum altius repe-  
to:

CHRISTOPHORI FINOTTI  
to: Septem, & quinquaginta annos Nico-  
laus summorum consiliorum, & laborum  
conscius, ac rerum vestiarum in Republi-  
ca administer fuit. Deum immortalem,  
quid tam admirabile cogitari, quid tam  
singulare animo concipi, quid tam por-  
tentosum fingi potest? quinquaginta se-  
ptem annorum vitam, quæ integra potest  
esse hominis vita, Vrbi, Patriæ, Reipu-  
blicæ Nicolaum donasse? donauit. Cui  
vñquam Venetorum Patritiorum, post fusi-  
datam à primis aënis Rempublicam tradi-  
tum est contigisse? Contigit Nicolao Do-  
nato, & quia voluit, contigit: qui tot annos  
in tanta negotiorum multitudine, in  
tanta temporum varietate, in tanta rerum  
administratione, tam pie, fortiter, ac pru-  
denter se gesse, vt eum amarent probi, ve-  
rerentur improbi, omnes admirarentur, &  
in eo uno Ciues omnes linguas, oculosque  
defigerent. Toto eo tempore nec eius fidem  
desiderauit Senatus, nec quisquam omnino  
mortalium moderationem. Non inflabat  
illi animum potentia, non efferebat honor,  
non dolosi spes nummi permouebat, non  
astus opum, & copiarum absorbebat. Iis il-  
le rebus vtebatur, non vt superbia, aut au-  
titia incitamento, sed vt benignitati, ac li-  
bera-

beralitati materiam, & facultatem præbarent. Et nouerat ille quidem potentiam, opes, diuitias, neruos actionum esse, quod sine ijs nihil agatur, vt Borysthenites ille aiebat Bion. At in ijs fundamentum modò pulcherrimarum, atque honestissimarum, actionum non in rem priuatam, sed publicam collocabat. Nolo hanc in rem plura loqui: satis enim ipsa per se loquitur fama; nec ibi sunt opus verba, vbi clare loquuntur facta. Venio ad illud Auditores, vt absoluam, quod in Nicolao Donato supremum, sed quam brevissimum, admirandum, sed glorioissimum fuit. Venio ad summum, & augustissimum viuis vix mensis Principatum. Cum enim Ioanne Benbo gloria recordationis Duce è viuis erepto, de recenti Principe Venetiarum creando, inter Senatores amplissimos ageretur, diuino quodam confilio, ita crediderim, effectum est, vt sapientissimorum Patrum conspirantibus animis, confluentibus in unum votorum calculis, Nicolaus Donatus Princeps renunciaretur. Et exceptus quidem ille est magna cum Senatus cupiditate, & ingenti non modò Venetorum Ciuium, sed populi ferè omnium expectatione. Videbatur enim Senatui à Deo Donatus Princeps,

# CHRISTOPHORI FINOTTI

ceps, ac verè Donatus, qui rebus, & consilio stantem iamdiu Venetorum Rempublicam magis constabiliret, stabiliendo firmaret, firmatam erigeret, erectam protegeret, & ornaret. Videbatur Populo Venetiarum obesus Princeps, qui ob suam animi celsitudinem, & singularem in omnes beneficentiam, vitam, quam à Platone acceperat, nō sibi soli datam, sed Patriæ, Parentibus, amicis, omnibus, præclaro aliquo, & ad memoriam sempiterno benignitatis, & charitatis suæ testimonio cumularet. Videbatur denique exteris ciuitibus Princeps renuit ciatus, cuius & auspicio, & auxilio pax illa Italiæ omnibus optatissima, improborum aliquandiu scelere perturbata, Vrbes tandem omnes peruvolitaret, ac Venetijs potissimum, tanquam in suo naturali sinu itinere dissimo conquiesceret. Spes autem istas omnes concitabant solida illa animi decora, & ornamenta, virtutum clari illi splendores, quibus, seu perspicientiam veri, solerteriamque consideres, seu curam hominum, societatis tuendæ, ac fidei contractarum rerum seruandæ, seu excelsi animi, atque invicti robur, & magnitudinem, seu demunt, quæ proximè mortales ad immortalis Dei naturam accedunt, ut existimabat Pithagoras,

ras, beneficentiam species, ijs sanè omnibns  
ceteros inter mortales , tanquam Sol inter  
sydera Nicolaus Princeps optimus corusca-  
bat. Quis enim Donato Duce prudentior?  
Quis iustior? Quis fortior? Quis in Orbe  
beneficentior? Video, video per amplum  
mihi offerri campum , in quo mea decurre-  
re , atque exultare possit oratio . At nolo  
ijs in rebus esse prolixior, quæ ipsæ per se  
Nicolaum Principem supra ceteros morta-  
les commendant. Vnum illud dicam, po-  
tuisse optimum , iustissimum , & sapientif-  
sum Principem, qualenqcumque habere,  
possunt in Terris homines , polliceri felici-  
tatem. potuisse spem bonam Senatui, Popu-  
lo, exteris, vniuersis præbere . At, heu gra-  
ue, acerbūq; facinus, profusioribus lachry-  
mis deplorandum . Spes istas omnes ictus  
vnus elusit. Mors subita propemodum, ac  
præter expectationem Nicolai Principis  
mors . Mors illa quidem per ætatem matu-  
ra, tamen acerba, quòd incommoda; repen-  
tina, quòd non expectata; quæ vt vsu venit,  
nec opinatibus irruptit, acerbatis ictu om-  
nes perculit insanabili. Mors illa, illa Do-  
natorum familiæ acerbissima. Mors illa  
vobis Petre, Nicolae, Hieronyme, nepotes  
tanti Principis Illustrissimi, maximè luctuo-  
fa,

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**  
sa, qui vno hoc velut vulnere, & quodam  
fato, & Parentem sīnul, & Patruum amisi-  
stis, qui cōmūnēm Parentēm, familiæ de-  
cūs, Vrbis ornamētū, ac potentia dō-  
mesticæ firmamentū perdidistiſ. Mors ve-  
rō illa eadem, grauissima Reipublicæ, Ci-  
vibus molestissima, Populo cum primis  
mētissima, qui funus eius illustre, quando  
rebus alijs ornare non potest, & publico  
Vrbis squallore, & omnium lamentatione  
prosequitur, Doletquæ adeò, lachrymatur,  
tam citò sibi erectum Principem, cuius è  
longiori vita vbertas rerum, annonę copia,  
pacis tranquillitas, bona dēnique omnia  
profluxissent. Et nos quidem alienissimo  
Reipublicæ tēpore, optimo, & præstantissi-  
mo Principe orbatī sumus, ille autem, vt  
speramus, atque ob Christianam eius pie-  
tatem, & erga Deum, Deiparam Virginem,  
Diuasquæ omnes religionem, quam perpe-  
tuò coluit, quam extremo etiam tempore,  
piè suscep̄tis omnibus Sacrosanctæ Ecclesiæ  
Sacramentis significauit, cōfidimus, è Mun-  
di tenebris in gloriæ lucem adscitus, è vin-  
culis corporis in Cœli libertatem elatus,  
promissam Christianis omnibus, pīsquæ ho-  
minibus possidet æternam felicitatem. Ita-  
que eius obitus, si nostram sortem spece-  
mus,

mus, complorationem, sin eius felicitatem,  
gratulationem depositit. Tibi igitur Nico-  
Jae Princeps optime, & augustissime, qui  
mortali perfunctus vita, immortalem ade-  
ptus es, & Cœlestem consecutus gloriam,  
regno frueris sempiterno, etiam atq; etiam  
gratulamur. Nobis vero perpetuam lamen-  
tationem indicimus, & mandamus, qui tua  
tanta benignitate priuamur. Dixi pro tem-  
pore satis, pro dignitate nunquam satis.

IN STVDIORVM  
INGRESSV,  
cum ex Senatus

DECRETO AVTHOR  
*primò cœpit eloquentiam publicè  
profiteri. Oratio.*



V O D sæpe ab Immortalí Deo precatus sum. N. N., quo primùm die optimarū studijs disciplinarum, & artium nauare operari cœpi, vt si quādo, qui meus erat optatus finis vigiliarum, lumen mihi doctrinarum, & eloquentiarum aliquod contigifset, eius rei fructum, qualis, & quantulus ille esset,

le esset, meæ huic in primis Patriæ, cui secundum Deum, & Parentes primum me natura peperit, ac dicauit, omni studio, diligenterque persoluerem, hujus me voti hoc tempore compotem esse factum, non vulgariter gaudeo. Eo enim in loco, quæ vestra fuit singularis beneficentia, atque humanitas, eo me in munere collocatū non sine multorum admiratione, amicè tamē gratulantiū video, quo & nullo planè negotio præstare iam illud potero, quod optabam, & quod antea optare suadebat erga Patriam pie-tas, omni contentione animi id curare, suadecit imposterum, atque hortabitur æquitas. Namque ut quod tota iam in Urbe compertum, & vulgatissimum est, pro mea tamen ingenti animi voluptate, & grata officiorum vestrorum recordatione vobis etiam audientibus prædicem, qui summa me vestra benevolentia, & magno meritorum pondere cumulastris, vnum vos me extanto, & tam præclaro litteratorum hominum numero, quo præstatißimia hæc abundat, ut alio quouis virtutum, & opum, ac deliciarum genere Cuiitas, vnum inquam me delegistis pusillum ingenio, atque intelligentia hominé, egregiæ tamen voluntatis, & optimæ in vos ipsos, in Patriam, in

G

hanc

# CHRISTOPHORI FINOTTI

hanc Vrbem, quæ Vrbs est omnium omnino pulcherrima, florentissima, potentissima, cui prouinciam istam nobilem, & munus egregium liberalium artium in hac ipsa doctrinaruni, & doctorum hominum officina tradendarum anniuersario ære, publicoq; stipendio mandaretis. Quæ res quidem si fortasse quem lateat, quam eximia, quam nobilis, quam honorifica illa sit, quando vestra hæc omnium audiendi cupiditas, quam interpretor ex concursu, atque ex alacritate conijcio, audientiam mihi pollicetur, & facit optatissimam, exponam semihoræ spatio breuiter, Auditores, tantæ huius Prouinciæ dignitatem, & magnitudinem; quod omnes intelligent, me & magno quodam à vobis cumulatum munere, referendis de gratijs, æquum ut est, cogitare, & graui aliquo oppressum onere, de sustinendo, mecum animo dubitare. Opportuna erit Auditores oratio, quia propria, non iniucunda, ut opinor, quia breuis. Dicam enim breuissimè, cuius in locum, quo munere, qua spe etiam, & opinione suspectus sim. Nam quod attinet ad rationem propositi, & consilij mei in eo, quod à vobis precipitur, à me suscipitur, onere, quale illud hoc anno futurum sit, ijs, qui

qui me Poeticam Aristotelis exponentem  
sunt audituri, copiose alias commonstrabo.  
Neque verò eam ut partem exequar Auditores,  
quam priore loco proposui, longiore  
opus est oratione. Octauio enim Meni-  
go recentis memoriaz, nostræ huius ætatis  
Viro doctissimo, quem quidem de facie co-  
gnitum, sermone, scriptis, fama multò  
agnoscitis clariorem. Tanto inquam ho-  
mini nullis non bonis artibus, ac discipli-  
nis ornato, de litteraria Republica plus  
quā optimè merito ex Senatus decreto sub-  
rogatus palæstram hanc litterariam præ-  
clarissimam ineo. Eius ego ætate, ac senio  
magis quam morbo, & valetudine vita fun-  
cti & munus destitutum suscipere, & obire  
Prouinciam, & personam sustinere compel-  
lor; ut profectò quantò mihi est primo aspe-  
ctu speciosior iniunctarum partium digni-  
tas, tantù maior etiam difficultas, ac lon-  
gè periculosior personæ, cui sufficior, exæ-  
quanda videatur. Ita enim se res habet Au-  
ditores, quando ex duorum, vel plurium  
contentione agnoscitur, quæ cuiusque sit  
virtus, quæ præstantia, quæ in arte aliqua  
dignitas, periculosum esse cum eo velle cer-  
tare, ad eius conspectum, & pugnam pro-  
dire, in quo summa sint omnia, nihil natura

G a non

CHRISTOPHORI FING...  
non egregium, non singulare, non splen-  
didum collocarit. Quantum enim augeri  
potest, ut verè augetur, illius gloria, tan-  
tum huic certè de sua existimatione, fama-  
que derrahitur. Itaque qui nimium sibi pla-  
cet, ac sui ipsius plusquam decet amator,  
quod vetus olim edocebat prouerbium,  
suo se pede non metitur, ille non tam imprudens,  
quam impudens, ac destitutus à  
mente habendus est. An tu fortasse dic,  
oro, alicuius consilij hominem dices, qui  
nulla suæ imbecillitatis ratione habita, ho-  
muncio ipse cùm sit pusillæ staturæ, imbe-  
cillis naturæ, audeat tamen prodigioso con-  
gredi cum gigante, Pygmæus, quod est in-  
fabulis, cum magno illo domitore monstro-  
rum Hercule? Nú habeat ille, vnde speret,  
atque in manibus dicat suis, vt olim Ma-  
gnus ille Macedo suis aiebat militibus, spe-  
ciosam se habere victoriam? At illa non ex  
animo, & cogitatione cuiusque insipientis  
presertim vana, sed viribus, & consilio pen-  
det; nec illi benè vñquam cessisse potest, qui  
multum audeat, & parum possit, sed num-  
quam non ei potius, qui multum possit, &  
parum audeat. Scitum est, & laudatum, Au-  
ditores, salutare illud consilium, quod stre-  
nuissimus olim bellator, & Imperator La-  
cede-

cedæmoniorum Archidamus adolescenti filio dedit. Cum eo conspecto temerè nimis , ac iuueniliter cum Atheniense viro quodam fortissimo dimicante, aut viribus, inquit , adde , aut animis adime . Nimirum periculosam esse Vir prudentissimus existimauit audaciam, si vires non suppetat spiritibus pares. An verò ignoratis Auditores, graue illud in castris Pompeij Romæ, norum Imperatoris, magni oratoris responsum? Cun' etiā post cladę illam Pharsaliam , quæ omnium maxima, & grauissinia ad excidiū libertatis Romæ fuit, eo fugiente Nonius quidam nomine exclamasset, se ptem adhuc aquilas superesse , proinde bono animo essent omnes. Recte, inquit ille, si cum gracculis bellum esset. Vela ille nimirum aquilis insignita nihil valere ducebat, vbi ipsa deesset Imperatoris , ac militū virtus strenuo cun' hoste , & quam fortissimo pugnatura . Et Phaon ille , si licet in facto simili dissimili exemplo vti , malus alioquin tibicen , artis tamen suæ magnifice ia<sup>t</sup>abundus, apud Megarenses Cytharæ dum se eximum veditabat, chorum se Musices habere dicebat , ac ne iudiciū quidem Stratonici, qui eo tempore canendi arte celebratissimus erat, imo nec concursum , &

G 3 pugnam

# CHRISTOPHORI FINOTTI

pugnam detrectabat. Itaque cùm aliquan-  
do Athenis vterque magna auditorum fre-  
quentia, & corona cecinisset, excepto miris  
laudibus, magnoq[ue] applausu Stratonici  
cantu, Phaon repente ita apparuit absur-  
dus, & absonus, vt omnium non modò  
obrueretur risu, sed sibilis etiam, & con-  
uicijs exploderetur, atque ausi Apollini  
consecrata, non quidem Cycnus, sed Cor-  
vus, ac Lyra Afinus diceretur. Tanti pro-  
fectò refert seipsum nosse, vt sapiens illud  
Oraculum monebat Græcos: atque ubi de  
cōcertatione alterius agitur, suas vires ex-  
pendere, ponderare, & cùm equare concer-  
tantem non possis, à contentionibus absti-  
nere. Simile quiddam Tarentino illi Cy-  
tharædo, cui Euangelo nomen, contigisse  
ferunt; cuius ego vetus exemplum nè reno-  
uem in præsentia, multum verèor. Narra-  
bo illud breuiter bona vestra cum venia Au-  
ditores, vt quādo grauem aliquam oratio-  
nem, ac severam, quæ faciat admirationem,  
rebus serijs proferendis adhibere non pos-  
sum, suaui saltēni, & iucunda, quæ patiat  
hilaritatem, alienis afferendis ineptijs vos  
detineam. Apud Delphos olim in Græcia  
sacra quædā celebrabantur in honorē Apol-  
linis, Pythia vocabantur; in quibus multa  
erant

erant instituta præstantium virorum certamina, ad eorum virtutem, & excellentiam tanquam in clarissima luce collocandam. Non deerant honestissima præmia, nam & coronæ pulcherrimæ impohebantur victoribus, & eorum laudes summa omnium gratulatione canebantur. Conuolabant eò ex vniuersa Græcia plurimi; nō eodem omnes consilio; vt spectarent plerique, vt spearentur perpanci; & iij quidem voluptatis studio ducebantur, hi verò gloriæ; ad mercatum velut aliquem, quò multi confluunt, merces vt coemant, multi etiam yr diuendat, multò tamen plures, vt oblectentur, & gaudeant. Commouit ergo gloriæ desiderium, nam quis eò non moueatur, hunc ipsum, quem nominauimus Etangelum, hominem Tarenti pecuniosum, instru etum opibus, ac diuitijs, ne quaquam de vulgo. Voluit enim quoniam in gynnicis certaminibus ob suam imbecillitatem nihil valere poterat, quòd esset opus virotum valentium, & non delicatorum, in Musicis saltem experiri, quantum posset, quòd in eo sibi genere plurimum tribuebat. Venit ergò vanus homo, sui magna estimatione, elatus, flagrans cupiditate gloriæ Delphos. Hic verò quasi agenda res esset non indu-

**C R I S T O N P H O R I F I N O T T I**  
stria, sed splendore, non arte, sed auro, ornata  
nem curam, & operam in corporis ornatu,  
ac cytharæ collocauit. Procedit tandem in-  
signi cultu, delibutus vnguentis, purpura  
fulgens, & auro, mollissimo ornatu, ac  
vestitu pulcherrimo. Pallam inauratam fe-  
rebat ingentis pretij, auream coronam ge-  
stabat, magnis fulgentibus gemmis illumi-  
natam. Cytharam habebat exornatissi-  
mam, auro, eboreque distinctam, miro ar-  
tificio laboratam, margaritis, & vniōnibus,  
alijsquè gemmis intextam; quam suis etiā,  
ac dispositis in locis, quā Musarum imago,  
quā Apollinis adornabat. Diceres ad pom-  
pam, non ad certamen prodire. Conuertie  
illicò omnium oculos, atque ora tam splen-  
didus hominis, tam magnificus apparatus,  
& luxus; & omnia primo motu, ac spiritu  
suo, admirabili quadam expectatione com-  
pleuit. Apollinem ipsum ē Cœlo delapsum  
crederes, ut neruos digitis attrēctaret. Con-  
ueniunt ergo audiendi causa frequētes, con-  
volant vndique, tumultuantur, clamant,  
pugnant de loco. Quid plura? ad arma  
ferè profiliunt, quò sedem inueniant, vnde  
siue conspiciant, siue audiant concinatem.  
Tandem verò cùm & facto silentio, & con-  
iectus omnium in vnum oculis corona esset  
multis

multiplex, auditor erectus, assurgit pulchellus non tam facie, quam ornatus, insignis vestium, & cytharæ cultu. Ac primo quidem cum ipse vano intumescens spiritu, plenus ~~ostentia~~, ut votabulo Greco utar, se ambitiosè Paionis similis circumspiceret, deinde verò huc, illuc oculos circumferret, & omnibus aucteum illud lumen vestis, & cytharæ ostentaret, ad extremum neruos intendere, pulsare fides, dicamine impellendo, an verius infringendo, vocemque illam & clamorosam, & acerbissimam cum turpissimo motu corporis explicare cœpisset, bouem lyre dixisset, ita statim mouit nauseam, & stomachum auditentibus, ut non derisu tantum, sed risu, non vocibus, sed clamoribus, non dictis, sed dictarijs, contumelijs, atque iniurijs opprimeretur, quin etiam per vim deiectus è scena, ut rufus, atq; imperitus, qui populo imponere esset ausus, verberibus cederetur, & sanè apud omnes contemptior, quod expectatione fuerat, atque splendidior. Ita enim vnu uenire solet Auditores, quò quisque est in expectatione, & opinione maiore, nisi reipsa & opinionē, & expectationē sustineat, hoc vehementius irrideri solere, haberique contemptui. Quocirca & mihi certe

# CHRISTOPHORI FINOTTI

certè casus hic Euangeli summo pertime-  
scéodus opere est, tū ob eam Patres Amplif-  
simi, quam cōcepistis de me omnes pro ve-  
stra humanitate opinionem, multò sanè  
maiorem, quām ferre possim, tum verò  
maximè ob illius, quem paulò ante com-  
memorauī, nec illius modò, sed etiam alio-  
rum, quotquot antea glotiosē istud mun-  
tis obierunt, comparationem. Octauio  
enim Menino, vt initio dicebam, eruditissi-  
mo, ac litteratissimo Viro sufficior; & dū  
Octauium nomino, non eum solum intel-  
lico, qui postremo summa cum laude pro-  
uinciam istam gessit; sed in eius persona  
Paulinos præterea ante illum, Parthenios,  
Sigonios, Mutetos, & alios eiusmodi præ-  
stantes viros intelligo, quos olim Vrbs hęc  
Illustrissima innumerabiles aluit, quorum  
vos quotidie nomina auditis, facta legitis,  
monumenta colitis, famam ipsam, atque  
immortalitatem suspicitis, & bona quadā  
inuidia emulatmini. Horum ego defun-  
ctorum, & in gloriam translatorum, vt  
più est credete, glotiosam vicem suscipere,  
partes exequi, munus obire cōpellot; quo  
rum præclara eloquentia, & in arte dicen-  
di præstantia, vt Phidix olim statua, & per-  
fecta omni tempore, & probata est, atque  
habita

habita est semper in aliorum cōparatione,  
longē p̄eclarior. Itaque quod de Platone  
magno Philosophorū Duce Cicero bonus  
in primis æstimator eloquentiæ magnifi-  
cè sentiebat, Iouem ipsum, si Gr̄ecè loqui  
vellet, non alio quām Platonis sermone vſu  
rum esse. Quod de Aristotele doctissimo &  
Philosopho, & optimo dicendi magistro  
vetustas pronunciauit, auro fluentem flu-  
nium colluxisse. Quod Xenophontis ore  
summi, & eloquentissimi Philosophi Mu-  
fas ferè locutas ferunt. Quod posteriori-  
bus seculis eam in Carneade fuisse vim elo-  
quentiæ menoritæ proditum est, nullam ve-  
nquam remi confirmandam suscepit,  
quam non probarit, nullam refutandam,  
quam non euerterit. Quod de Pericle ma-  
gni nominis Oratore Populus Atheniensis  
conceperat, fulgurare, tonare, fulminare di-  
cendo. Quod de Isocrate, Demosthene,  
Hortensio, Crasso, Cicerone, alijs, melle dul-  
ciorem ex illorum labijs orationem fluxi-  
se. Hæc inquam omnia, & alia plera-  
que commendationis, & gloriæ monu-  
menta in eos omnes conueniunt, qui in  
optima ista & vetustissima in Italia offici-  
na ingenuarum disciplinarum, & artium,  
in hac ipsa Orbis Terrarum luce clarissima  
operam

CHRISTOPHORI FINOTTI

operam vobis suam in tradendis eloquentiæ præceptis sedulam , ac diligenter nauarunt. Quorum ego omnium laudationem hoc tempore si susciperem , dies mihi , ac tempus vel properanti , non laudum seges , copiauè deficeret . Sed verò , ut mittam reliquos , de extremo hoc quidem ipso , quem sæpe honoris gratia nominaui , Menino nihil est , quòd multa dicamus , cum in promptu sint omnia omnibus . Quid enim doctis eius lectionibus eruditius , quid ornatius , quid omni leporre conditius ? Quid eloquentius , quid grandius , quid excellentius orationibus ? Quid luculentius , quid splendifidius , quid etiam iucundius uersibus ? Quid epistolis dulcior ? Quid omni sermone gratius ? Quid scripto omni præstantius ? Quid rebus , verbis , sententijs magnificientius ? Hæc certè omnia ea sunt Audit. ut non septem ipsæ Thebarum portæ , non Pyramides Aegyptiorum , non Romanorum trophæa , & monumenta ad tam diuturnam posteritatis memoriā pertinuerint , ad quantam ipsa pertinebunt. Quò ergo mihi verendum magis est Auditores , nè in eius comparatione qui tantum doctrina , & eloquentia pol-

luit, tantum dicendo & scribendo valuit,  
ego ipse dum subeo dimicationem doctrinæ, atque ingenij, longè mihi plus ignominiaæ, ac dedecoris pariam, quam existimationis, & gloriae; in quo si qua fuit vñquam orationis facultas, quæ, scio, quam fuerit semper exigua, eam diuturna genus hoc studiorum intermissione ita sentio exaruisse, ut cum effluxisse verba, excidisse sententias, niemoria in defecisse animaduertam, vix purum quendam, ac simplicem à me pertexi posse sermonem & experiar, & ingemiscam: sic ut quemadmodum fistulæ, quæ diu interclusæ fuerunt, aut interceptæ, vbi primum liberiorem noctæ fuerint exitum, ac latè patetem, turbidores aquas emittunt, sic etiam ex eo, qui diu intermisserit usum dicendi, non ita pura, & liquida, sed inquinatior quodammodo, & corruptior fluere videatur oratio. At quoquo se modores habeat, parendum est vestro imperio Patres Amplissimi, satis vestræ faciendum est voluntati; atque ut meo de nomine periclitando multum agatur, satius tamen arbitror priuatæ existimationis meæ imperantibus ita vobis subire periculum, quam quæ eam tuear, & conseruem, vestro huic nolle mandato obtemperare. Obtemperabo

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**  
rabo igitur libentissime, & quamdiu vi-  
uam, pro mea summa erga uos obseruan-  
tia manum dabo. Et quamquam quæ ha-  
stenus dicta sunt, possunt etiam ad mune-  
ris, & consilij conditionem referri, quod  
erat proximum caput, quia tamē siccis om-  
nino labijs id prætergredi iniquū est, ita me  
in eius explicatione tractabo, vt & ipsi cau-  
se deserniam, & vestrę Auditores occurram  
fatiætati. Partes igitur mœ̄ sunt, quan-  
tum ex mandato vestro agnoscere potui, Ve-  
netam. Iuuentutem eloquentiæ præceptis  
imbuere, & liberos vestros, atq; adolescen-  
tes ingenuos liberalibus disciplinis, & arti-  
bus informare. Bonum hercùe consilium  
summisq; laudibus extollendū; quo faci-  
lè declaratis, quām defixa vobis animo cu-  
ra sit, quām decretæ ab omnibus, & sta-  
tutæ, recta liberorum vestrorum, atque ado-  
lescentium educatio. Enim uero Dij vos a-  
ment, rogo, Parentes optimi, & quamdiu  
bono hoc cœlis animo, prolem vobis ve-  
stram pro sua bonitate fortunent. Non vul-  
tis, equidein ut intelligo, ea notari infamia,  
qua Megarenses olim apud Diogenem non  
semper rabidū Canem, ut vulgo dicebatur,  
sed saxe utilem monitorem pessimè labo-  
rabant; qui in iocis loquens de rebus se-  
rijs,

rijs dicitabat, malle se arietē esse hominis  
Megarensis, quām filium, quōd scilicet Me-  
garē maiori esset curā propagatio arietum,  
quām disciplina, & educatio liberorum.  
Quo dicto vir sapientissimus Ciuitatis eius  
stultitiam, atque insaniam sapienter nota-  
bat. Ceterum quid ille idem eorum de-  
amentia diceret, qui tamquam à bestijs  
aspectu tantum, & forma different homi-  
nes, non etiam ratione, atque animi cultu,  
in eam solū curam, & cogitationem incum-  
bunt, vt sericis pueros induant vestibus,  
aureis eorum digitos onerent annulis, co-  
mam capitis more mulierum impudica-  
rum alāt, vnguentis, atque odoribus totos  
respergant, huc, illuc per Vrbē, in plateas  
in vicos, ad histriones, ad honesta parum  
spectacula, ad impudicos cantus, ad turpis-  
simas cantilenas, ad fædissimas comedias  
spectatores, auditoresquè perducāt, de ani-  
mo autem filiorum, & mente, que pars est in  
hominē longē diuinior, nihil agant, nihil  
cogitent, nihil laborent tanquam de leuis-  
sima re aliqua, & vlo in pretio vix haben-  
da. Proh scelus impiū, execrabile, detestan-  
dum. Itanē bone Deus, consilio, ac mente  
destituti sunt homines, vt operam collocēt  
in re fragili, lutea, longē vilissima, in exter-  
no

CHRISTOPHORI FINOTTI

no scilicet corporis filiorum bono, si bene-  
num est appellandum, quod magno saepe  
cum malo coniunctum est, tam studiose,  
tam mirificè, tam artificiose curando, atque  
ornando, animi verò bona, quæ verè bona  
sunt, ab omni omnino malo se iuncta, rectā  
morū, ac vitæ institutionem, quæ non ad pri-  
uatos solum Ciues, sed ad integras Ciuita-  
tes, & Respublicas pertinet, aut flagitio-  
se despiciant, aut obliuiose non cogitent,  
aut desidiose non curent sed audiant, oro,  
mali isti malorum pessimi, si qui Venetijs  
adsunt, quibus sit parum cognita recte insi-  
tuendæ, formañdæq; Iuuentutis necessitas.  
Audiant inquam, quantum non modo fi-  
lijs, quos genuisse parum est, ni erudijant op-  
timè, verum sibi etiam ipsis, suoq; mune-  
ri, & officio desint, dum naturali lege con-  
tempta ad optimam filiorum institutio-  
nem adigente, que non scripta, sed nata no-  
biscum est, quam non didicimus, accepi-  
mus, legimus, verum ex natura ipsa arripui-  
mus, hauiimus, expressimus, ad quam non  
docti, sed facti, non instituti, sed imbuti su-  
muis, pueros, & adolescentes, incultos ha-  
bent, fucis ornatos quidem, non item do-  
tibus, & privatæ rei, & publicæ parum uti-  
les, ac forte perniciosos. Plato ille Phila-  
sophus

SOPHUS NUMQUAM SATIS LANDATAS, CAJUS IN-  
MENTE CUM IDEA CIVITATIS, EDUCATIONIS QVOR-  
QUE LIBERORUM FORMA PULCHERRIMA RESIDE-  
BAT, DILIGENTIAM MAXIMAM IN INSTITUTIONE  
IUVENITATIS ADHIBENDAM MONEBAT; QUODA-  
RECTA PRIMA ILLIUS ETATIS CONSTITUTIONE, TO-  
TA RELIQUA VITA BONITAS, ATQUE INTEGRITAS  
PENDEAT. QUAMOBRÉ HOC INTER CETERA IN SUIS  
DE EDUCATIONE PRÆCEPTIONIBUS OBSERVAN-  
DUM PARENTIBUS EDOCEBAT, NÈ SINANT VNQUA  
TURPES FABULAS, ATQUE INANES INFANTIBUS NU-  
TRICES CANANT, NEQÜE QUICQUAM OBSCENI SIVE  
IN FACTIS VIDEANT, SIVE IN VERBIS AUDIANT, SI-  
UE IN SCRIPTRIS LECTIONE, SIVE IN PICTURIS IN-  
TUEANTUR. VNDE TURPITUDINIS, & IMPROBI-  
TATIS ALIQUO GENERE POSSIT IUVENILIS ANIMUS  
INQUINARI. Nunc verò, DEUM IMMORTALEM,  
QUAM MUNICI NOSTRORUM, PROHDOLOR, NON  
QUODD INFANTES, PUEROS, & IMPUBERES AB NE-  
RUM TURPIUM ASPECTU, FABULARUMQUE OBSCEN-  
NARUM AUDITIONE NON PROHIBENT, SED ETIAM  
TUM, CUM SERUOR ETATIS LIBIDINOSAM CUPI-  
DITATEM MAGIS ACCENDIT, SPURCISSIMOS INUE-  
RECUNDORUM POETARUM LIBROS AD INHON-  
ESTAM AXIORIS FLAMMAM PROVOCANTES AUT QUOD  
UENDOS TRADUNT, AUT PERMITTUNT; & QUOD  
EST ACERBIUS AD DOLOREM, IPSIMET AD CAN-  
TIONES HISTRIONUM FADISSIMAS, AD TURPIFI-

H ma

CHRISTOPHORI FLNOTTI  
mū Pantomimorum spectacula, scelerum,  
nomp̄ orationis, & flagitorum incitamen-  
ta perducunt.. Omores, ò tempora, non  
auro illa quidem cusa, nec argento, sed ca-  
lybia, ferro.. Quām est misera nostrarum  
rerum conditio Auditores: quām dissimi-  
lis primæ illi ætati multorum nostra ætate  
Parentium consuetudo.. Quām veteres illi  
verè Parentes de filiorum educatione dies,  
noctesque cogitabant, quām parum nostri  
homines, quām negligenter, quām oscitan-  
tor? Et Aristoteles maximus ille tum in-  
genio, & doctrina, tum authoritate Philo-  
sophus quām rectè sensit, quām grauiter scri-  
psit de Inuentore instituenda? Hic sanè au-  
ream illā è tribunalī Philosophico senten-  
tiā protulit, omnī posterorum rectè de  
moribus iudicantium consensione proba-  
tam. Dari à natura nobis comparandæ vir-  
tutis viam, virtutem ipsam non dari; sed  
honestis eam actionibus frequentandis, diu-  
turno, vsu, & consuetudine procreari in no-  
bris animis, & accendi: eamque ob causam  
tanquam planè necessariam ciuium educa-  
tionem statim à primis annis constituendā  
ita. Vrbibus concludebat; præsertim quod  
tam facile sit teneros adhuc animos præce-  
ptis imbuere, documentis formare, discipli-

ORATORIO. V.  
nis liberalibus perpolire, quam in molissi-  
ma vel creta, vel cera sigillata quodvis im-  
primere. Mitto Cratetem doctum illum  
hominem, antiquitatis memoria celebra-  
rum, qui de celissima Virbis parte, vix  
prorsus clarissima hortabatur. Paretes, quo  
plus diligentie ponerent in liberis educan-  
dis, quam in pecunijs eorum gratia cumu-  
landis. Taceo Diogenem, liberiorem il-  
lum & in hortando, & in notando Philoso-  
phum, cuius animo tam vehemens desixa-  
erat puerorum benè informandorum solli-  
citudo, ut semel liguriétem sine pane obfo-  
nium adolescentulum conspicatus, & co-  
ram settioribus prater omne decorum per-  
peram se gerentem, pugnum impegerit Pe-  
dagogo. Prætereo Ocelli pronuntiatum  
Philosophi vetustissimi, qui de tota hac di-  
sputans Mudi mole, puerorum educationem  
humanae vitæ præsidium nominavit. Sileo  
Socratem insigne illum Doctorem, & Ma-  
gistrum morum, qui vel ipsa nomina pue-  
ris imponenda cupit esse speciosa; hoc op-  
por consilio, ut quoties appellationem no-  
minis vel audissent, vel meminissent sui, to-  
tius tāquam ex parte est somno aliquo de-  
consequenda virtute, laude, gloria cogi-  
tarent. Hęc inquit omnia, quæ vix attigi,

**CHRISTOPHORI FINOTTI**  
& alia id genus fere sextonta ad liberorum  
institutionem pertinentia libenter omitto.  
Illud tamen, quod de integris Ciuitatibus,  
Rebusq; publicis, historicorū recordatione  
traditur, erudiendæ iuuentutis causam pu-  
blicē suscepisse, tametsi properans oratio-  
nis ad finem, omittere in præsentia nec pos-  
sum, nec debedo. Apud Indos in Regno,  
quod Sophitis appellant, ab Alexāndro de-  
victo, lege sanctum erat, ut liberi non Pa-  
rentum arbitrio aletentur, sed eorum, qui  
bus spectandi naturam infantium cura man-  
data esset. Eos vero homines fluuisse inter  
barbaros sapientia, bonisque moribus of-  
natissimos traditione est. Lacones etiam,  
qui quondam in Gracia floretissimam  
multis seculis Rempublicā tenuerunt, ado-  
lescentibus educandis magistratum de se-  
nioribus, ac primarijs Ciuium præfecerunt.  
**Athenis** vero Urbe Lacedamoniis emula,  
qua scriptore legitum, ac magistro Solone  
cum armorū, & fortitudinis gloria sapien-  
tia, atque eloquentia laudem, lumenque  
coniunxit, præter decem horibus iuuensum  
è primis præfeciōs, quos Sophrohistas voca-  
bant, ille iustus adeo, vindex, senetus, at-  
que improbis metuehdus Areopagitatus  
Senatus ijsdein præesse dicebatur; Et qui li-  
tera-

terarios Iudos, quō ventitabant ingenus  
pueri, moderabantur, erant annos amplius  
nacti quadraginta. O laudabile, ac pulcher-  
rimum institutum. O Parentes dignissimos,  
dignioribus liberis. Intelligebant profe-  
cto in prima illa etate totam spem esse pos-  
tam rei bene gerendae tam publicæ, quam  
priuatæ, & siagulorum Ciujum, & Vrbium  
omnino vniuersarum omni cum gloria.  
Net inimerito. Tanta est enim adolescen-  
tiæ vis, Auditores, tam facile, tam prouum  
ad omnia, tam flexibile puerorum inge-  
nium, ut ijs minimum facessere possit ne-  
gatij sive studiorum suscepcio, & laborum  
ad bonam animi culturam, & ornametum,  
sive ad turpitudinem omnem, & ipsam mo-  
rum depravationem, voluptatum, ac de-  
litiarum omnium præceps ad omne genus  
malorum iter. Et vero quam primò pueri, vt  
ita dicam, cum lacte eibunt viuendi ratio-  
neim, eandem iuvenes, viri, senes facti re-  
tinent semper. Ut difficultimum planè sit,  
quos bene institueris, improbos fieri, &  
quos male formaueris, ad bonam frugem  
perduci. Quòenamliò doctæ illæ similitu-  
dines pertinent, quarum plerique omnes  
pleni sunt libri, aut recentis tellæ, cuius  
odoram, & saporem, quo primù imbuta est,

H. 3. huma-

# CHRISTOPHORI FINOTTI

humana omnis vix absterget industria, sicut lanx sanguine cochyliorum infecia, quam ad suum candorem pristinum reuocare artis opera nulla potest; aut arboris, quæ quo tempore virga fuit, reuelli facile potuit; at ubi crevit, & inueterata quoquod versus patentes ramos diffudit, nulla se ratione patitur extirpari, quod, ut inquit ille.

Nunc stat in immensam viribus aucta suis, aut demum humana carnis, quæ tam facile vulneratur, tam laboriosè curatur. Nec illa unquam seu medicamentorum virtute, seu medicorum arte cicatricem deponit. Haec in quaas similitudines, & calie plurimæ quæ spéctant alio, quam ut summam illam difficultatem intelligas, arduus quæ negotium ingenij, vita, motuum, quos primos ceperis, mutandorum. Scitum est illud, quod à Platone dictum fertur. Tales plerique omnes solent esse senes, quales fuerunt iuuenes, tales iuuenes, quales pueri. Nisi forte verius dicatis, mutationem, si quafit, in deterius semper fieri tot vicijs cumulari vitam educationis cultura neglectam, quot annis consenescit; tantisque via ipsa crescere, quantis etas argetur incrementis. Antignorum est vobis, naturam humanam primorum parencum universib; & in-

tuosif-

**A**utissimum casu factam esse proniorem ad malum, quam ad bonum, ad vitia, quam ad virtutes propensiorem. Audite Senecam optimum quidem ipsum, sed pessimus Imperatoris doctorem, qui hoc expertus ipsum in discipulo, hens, inquit, ad deteriora, quam faciles sumus. Adolescenti non est pronam modò iter ad vitia, sed lubricum, præceps. Et quemadmodum fluvius Austro flante, vel Fauonio, liquefcentium ninius, atque imbruum copia præter opinionem sic auctus, ut intra aluenum vix munitiones minc inde oppositæ, atque aggerum ingentes moles coerceant, si detracto lapillulo, quod usuerit persæpe, rimulam aliquam, schiatum eeti perparuum repererit, quasi ostio patefacto exitum sibi ampliorem, ac longè malorem facit, extra ripas, atque obices diffudit, aggeres, saxa, moles omnes euertie, caposquè finitos insano procarrens impetu miserabili vastitate, & excidio perdit. Ita penitus adolescentis depravata natura impetu quoquò raptus, quem intra septa bonorum morum nec virtutis amor, nec paterna cohortationes, nec præceptorum induita, nec scieriotis educantis disciplina toget et tantulam occasione arripione libertatis inactus, vel hor-

CHRISTOPHORI FINOTTI  
statu fodalium, vel in iproborum exemplo,  
vel custodum incuria, perfringit omnia re-  
pagula iuris, pudoris, officij, terminos ho-  
nestatis suopte impetu cunctos egreditur,  
& intoleranda licetia furiosus, omni pro-  
fus flagitorum genere inquinatus proxim-  
mos suos, affines, cognatos, viues, Paren-  
tes, omnes vita turpitudine, vel sedat, vel  
perturbat. Quam ergo prouidendum est.  
Auditores, quam omni etiam industria, &  
vigilantia laborandum, quo prima illa aetas,  
que fundamentum est quoddam reliqui te-  
tius cursus etatis, primum vita illud exor-  
dium, cui vniuersa respondet plerumque  
humanae vita periodus, disciplinæ probo-  
rum hominum, atque ornatorum litteris  
assuecat: qui ei non modò dicendi se pra-  
beant, sciendique magiströs, sed recte qua-  
què vivendi commonstrent viam, atq; vna  
cum eloquentiae laude morum sanctimo-  
niam, animique integritatem edoceant.  
Sunt enim ea aetate in omnibus semina qua-  
dam retum honestarum, sunt etiam qua-  
dam, ut vere fateamur, turpium. Etsi enim  
natura hominis in optimo sane statu pro-  
creata est ab optimo vniuersorum Parente  
Deo, qui omnia fecit bona, atque adeo sin-  
gularem in modum, primogenita tamen ij-

la macula , quæ ferè à primo satu in ipso se-  
mine penitus insedit , per tot radices stir-  
pium propagata sic infecit infelices filios ,  
vt multum sit opera ponendum , ac laboris  
in ea eluenda . Videor mihi equidem Au-  
ditores , quotiescumque de hominum vita  
cogito , quæ homines video , totidem equi-  
tes videre . Animus ipse is est , qui equo ve-  
hitur , cōrpus verò fons , & origo perturba-  
tionum equus ; qui sanè hoc difficilius in-  
adolescentia sustinetur , ac regitur , quò ma-  
gis est incitatus , & nouus . Est coercendus  
hic vobis equus diligenter Adolescentes ; &  
cùm præsidens sit adeò , atque exultans in  
loco præsertim tam lubrico , nè vos agat  
præcipites , in rectam rationis viam est com-  
pellendus . Neque verò vt id fiat , in cursu  
medio est expectandum , cum incitatus est  
vehementer ; sed antequam admittas quasi  
in planitem , infrænari , & officiorum , vt  
ita dicam , habenis constringi oportet . Quo  
facto , vt Socrates dicebat ; facillimus est fu-  
turus , atque in columnis reliquæ totius cur-  
sus ætatis . At habemus Ductore opus , in-  
quiet aliquis , Doctore , Magistro . Eia vero  
immortales agite gratias optimi Iuuenes  
primùm Deo cōditori bonorum omnium ,  
& datori , tum etiam Senatoribus hisce op-  
timis .

# CHRISTOPHORI FINOTTI

timis, atque Heroibus præstantissimis, qui ad reliqua innumerabilia ferè consilij, prouidentiæ, bontatis, & singularis ciuiusdam suæ in rem communem, & priuatam, in vos ipsos, in salutem, atque utilitatem vestram benevolentia testata ubique gentium monumenta, istud etiam adiungunt longè præclarissimum, & numquam pro dignitate laudibus euehendum; quod omni cura, & sollicitudine animi Doctores in hac Urbe doctissimos, ac benè dicendi, viuendi que magistros omni répore prouident; quo rum laboribus, ac vigilijs fiat, ut non vhitantum scientiæ retum, verum etiam hærum doctrinæ operam detis; & eloquentiæ laudem, qua sola non modò pulchra, sed nè utilis quidem esse potest; cum virtute integratæ coniungatis; quod sic tandem grahdiores effecti, & sanitatem consiliorum, & lumine doctrinarum vobis ipsis, Parætibus, Patriæ adiumento sitis, & ornamento. Habetis profecto Adoleſcētes, quo plurimum gaudere potestis, qui vestro de bono plus quam fortasse de suo dies, noctesque omni studio cogitant, atque ita tam curani totes se conferunt, non solum ut exemplo suo ad recta, & honesta sequenda, & facienda vos excitent, & impellant; verum etiam quod longè

longe gratiis, atque amabilius est, vt ea  
 vobis adiumenta, & subsidia diligentissime  
 querant, quibus quod ipsi iam peruenierunt,  
 ad summam integritatis, atque intelligentie  
 gloriae, spemque adeo magnam exten-  
 situdinem, & numquam intermoriturae famae  
 peruenientis. Quanta est ergo meritorum  
 apud vos suorum Adolescentes nobilissimi  
 magnitudo? quanta debitorum vestrorum  
 moles? Quam vos decet pro gratiarum  
 actione aliqua semper illis bene precari,  
 qui bene vobis & precantur, & faciunt?  
 quantum iij debent a vobis colli, diligi, &  
 amari, qui tantopere uestrum commodum,  
 uestram utilitatem, & gloriam amant? Ne  
 ingratissimi omnium habere musti Iuuenes,  
 ni tanto, & tam singulari officio digni  
 saltem obseruantur studium redderetis; &  
 quod a vobis speratur, & expectatur, prout  
 aequitas, & ratio postulat, omni studio;  
 diligentia praestaretis. Satagit igitur op-  
 timi Iuuenes, & quod tantis Heroibus, Pa-  
 rentibus, Patriæ, vobisque ipsis debetis;  
 hoc agite. Date operam, ne vanæ sint sa-  
 pientissimorum virorum consilia, atque  
 manes expediæ. Hi suo de ingenio consulunt  
 sapienter, publico de ære periculis liben-  
 ter, quo probitatem, & sapientiam animi  
 ornant.

# CHRISTOPHORI FINOTTI

ornamenta nobilissimā assequamini. Vos  
cūrate, quām potestis diligentissime, nē da-  
ta opera per vos ipsos & expensē maiorum,  
& consilia quasi semina in arenam coniectā  
depereant. In manu vestra hoc situm est; à  
vobis est expectāndum, vt sementes optime  
ferant optimos fructus. Satore si opus est,  
non egebitis. Vnus ego sic mandante Sena-  
tu, cum reliquis viris omni eruditōnis, &  
humanitatis genere ornatissimis labora-  
bo, & omni conatu, atquè opere laborabo,  
vt hosce vestros ingeniorum, atque animo-  
rum agros cultura disciplinarū expoliām,  
virtutū ordinibus multis conseram, & au-  
reorum morum, vt Poetē loquuntur, copio-  
sa serie lōcupletem. Hoc mihi muneris nu-  
per mandatum est. Hoc enīxē curabo, &  
quantum potero, vestrā omnium utilitatē,  
ac bono inuigilabo. Sperant hoc à me Pa-  
tres Amplissimi, qui eam mihi vni prouin-  
ciā detulerunt; sperant hoc à vobis, quo-  
rum causa detulerunt. Opinionem de me  
honorificam, gaudeo, de vobis honestissi-  
mam, gratulor, de vtrisq; iustissimām, ago  
gratias, conceperunt. De mē quidem, quo  
ductore, ac doctore humanioribus litteris,  
hoc est, verè hominum studijs operam da-  
turi estis, vt pulcherrimā illam cloquer-

tiaz formam, cuius vel imago concepta animo, vel nomen etiam auditum omnium studia ad se allicit, rapit, inflammat, ex magnificientissimo hoc suggesto spectandam vobis, suspiciendam, & suscipiendam proximis aliquam ratione proponam; non solitariam illam certe, sed cum integritate animi, morumque puritate coniunctam; quod me effectum diligentissime data fide polliceor, atque recipio. Quantum enim in me erit, nihil tacebo, quod dixisse, nihil dicam, quod tacuisse oportuerit. Itaque praetipite iam illam animo letitiam, & cogitationem; futurum, ut nihil unquam audiatis nisi profuturum, nihil discatis, quod nesciisse rectius fuerit. De vobis autem opinio hec habetur iuuenes optimi, ut que concepta est apud omnes, de vestro ardore animi, de vestra in bonis artibus diligentia, de vestris conatibus, & progressibus expectatio, eam contento cursu gloriose sustinetis. Agite igitur macte animi Adolescentes, spemque istam egregiam ut tueamini, atque adeo ut vincatis, satagit. Praecepta omnia, consilia, monita, non aequo tantum animo, sed libenti, & bono accipite. Facite per Deum vos oro, per salutem, & maiestatem tanti huius Imperij, per vitam vestram, per eam,

50

CHRISTOPHORI FINOTTI  
eam, quam spectatis in omni vita, non habitis  
gloriam, ut vestra discendi cupiditas mea re-  
spondeat voluntati docendi. Et quamquam  
vobis nihil neque acerius, neque incitatus  
fieri posse arbitror, addite etiam ad istum  
vehementem animi impetum mea causa, si  
quid potestis. Sic profecto fiet, ut, quan-  
do idein & docenti debet esse propositum,  
& discenti, ille ut prodesse velic, hie ut pro-  
ficere, ex vestro isto consilio, meoque ad-  
monitu maiores in dies fructus capiatis.  
Peroratum est satis Patres Amplissimi, &  
meo etiam iudicio plusquam satis. Referē-  
dis tamen de gratijs nihil est actum. Nimi-  
rum is ego sum, ut quando facultas tollitur  
reipsa id, quod debeo, per sollicitudinē, on-  
ciosas quoque verborum gratias libenter  
omittam, nē videar aliorum facta meis vel-  
lē dictis compensare. Quoniam ergo ita se-  
res habet, ut vobis maximum debeamus, &  
minimū valeamus, addite hoc insuper pro  
vestra humanitate vestro merito, ac meo de-  
bito, ut solutionis loco ipsam confessio-  
nem debiti offeramus. Duxi,

D E

DE LAUDIBVS  
D. PETRI  
APOSTOLORVM  
PRINCIPIS,

A D M E N S A M  
Illustriss. ac Reuer. D. Francisci  
Vendrameni S.R.E.Card.

Patriarcha Vene-  
tiarum. Oratio.



Nepulis etiam, Antistes Illustrissime; de summorum Virorum laudibus ad tibiam canere, pia olim religionis officium habebatur. Hinc Græco illi, vero ceteroquinclaro, & magna cum laude ingenij, tum consilij grauitate conspicuo, quod lyram in conuiuio recusasset, vitio verterunt Themistocli; quasi ea in re erga Deos summatam aliquam

CHRISTOPHORI FINOTTI

aliquam religionem, ac tamen tam re-  
spuisset. Quidni ergo, nihil ut vere desit in  
hac augustissima mensa; que tanto te Anti-  
site commendatur, tanto Ministerorum fa-  
etorum numero, tanto aecumbentium Pa-  
trum, & hominum clarissimorum confessu-  
quamdo vix decere video longiusculum, sa-  
tem breve carmen aliquod decantetur?  
Quidni Sanctissimi Apostolorum Dacis Pe-  
tri solemnes nuptias Frahcisco Vendrame-  
no Patriarcha Dignissimo nouis hilce da-  
pibus exornante, noui etiam cantos ad ver-  
nustatem coniuncti aliquam concinantur?  
Atego video, non estis diu hoc tenendi pro-  
ludio Auditores; quemadmodum nec pri-  
mo tibi coniuncte. Delectat quippe pulchra  
signis atrium; sed multo magis doncla-  
vium, & cubiculorum aulae. Et in arba-  
ribus placent folia; sed osculi stationes  
& gratissimi fructus. Ita vero prima forsan  
vos oblectarunt haec vocula instar fo-  
liorum quorundam; sed expectare videnti-  
ni iam flores, & fructus. Adeste igitur ani-  
mos, qui mecum adestis aspectu, & ostendat,  
quia res agitur inter epolas, nec ipsi quide-  
Petro Seruatoriis nostri Vicario suas unquā  
epulas defuisse.

Vt enim Auditores mea iam aliquando  
sensim

sensim prouehatur oratio, quo die primū  
 Christo Domino vocanti nè quidem tantum  
 reluctatus, à vestigio totum se illi &  
 corpore, & animo Petrus adiunxit, an non  
 putatis ad nouas illum epularum delicias  
 ascersum, voluptate planè maxima, & in-  
 credibili perrexisse? Vocabatur certè ad a-  
 moris Dei summa delectamenta, vocaba-  
 tur ad nouas nuptias, quæ celebrandæ sibi  
 erant cum fide Cœlesti Sponsa. Itaque ut  
 hominibus inter eos, quibus nihil carius habere  
 potest, nupcialis dies consuēnit accidere,  
 cuius cum ipsa celebritas solet esse gratissi-  
 me, tum vero quotannis repeti iucunda  
 memoria, ita quid optatius, quid antiquius  
 obusnire virgnam Petro potuisse, quam ut  
 illo diuitiae vocis oraculo inflammatus, ad  
 amoris augustas faces, & sacras nuptiarum  
 tardis dicto ocyus curreret potiundas? Hęc  
 enim vero est in bono, ac delectabili virtus,  
 ut oblatum oculis moueat animū, alliciat,  
 rapiat, trahat; contra verò perturbet ma-  
 lum, distrahat, & scingat. Hinc illud prin-  
 cipio, omni animantium generi traditum à  
 natura, ut quod bonum videtur, ac dulces  
 appetant; si, corpus, & vitam tueantur;  
 declinentque ea, quæ sibi fenserint nocitu-  
 ra. Quod si in brutis dignum esse solet ad-

CHRISTOPHORI PONOTTI

miratione, certè in homine, non tam ad miratione, quām multa est dignum laude, si prudentissimè consulendo non tam corporis, quām animæ sanitati, id libenter amplexus fuerit, vnde adiumenti genus omne necessarium opperiatur. Et viderat sāncto Petrus nihil sibi fructuosius esse posse, nihil ad memoriam magis insigne, nihil beatius, quām vt ad voces vocantis Domini nulla mora interposita profitaretur & qui pīces anteā venabātur, diuinās illas Christianæ Religionis delicias, & sponsalem fidei Sanctissimæ thorū, recentes sibi construētas opulas pīscaretur. Itaque mīrum non est, tanta illūm celeritate, tanto studio, & ardore, tan̄a animi voluptate, nō uoce sed Magistro, ac Duçi Domino Seruatori, nō uocuī veluti militem, ac discipulum adjunxisse, vel potius Coniuuam Cœlesti dono sacra illius mensa augustis epulis accubuisse. Quo quidem effectum est Audit. vt & pietatis in Deum, & fidei, & amoris inter omnes Apostolos tantum ebiberit, quantū semper præter omnes alios omni tempore eructauit. Ut enīm facile dici nequeat, quid maius, ac præstabilius sit, vel plus ceteris amare Christum, vel à Christo ceteris plus amari, hoc certè scimus Ioanni, illud autem

tem Simoni Petro sacrarum litterarum testimonio attributum. Exarserat quippe torpus in illo animus, quemadmodum exsiccata materia, & omnis improba voluntatis omnino expersa primo ignis diuini poculo conflagraret. Hinc promptus ille in Apostolorum Principe animus Seruatoris Domini, vel si mori millies debuisset, nullo ynquam tempore deferendi.

Hinc feruor ille maximus voluntatis per seua etiam, ac dira tormenta, per fera necis pericula, per grauissimos, & acerrimos cruciatus, praevuntis optimi Imperatoris vestigia diligentissime consecandi. Hinc paratissima illa mens, illa constans, & firma consilij ratio, illa propositi firmitudo, Christiani cultus, ac nominis testimonium, quaquamque graderetur, vel sanguine quidem ipso, ac morte praestandi. Suæ nimis rur erant illæ delitiae, illæ dapes, & epulae, quoque nectare dulciores, Christum sequi, cum Christo vivere, Christo adesse; cui sanguinem aderat, non in sola spe vita, quam in Cœlo constantem, & perpetuam expectabat, sed in ipsa etiam mortali vita prossus beatissima, supra quam credi potest, gloriosius triuolphabat. Quod si eam obcaue sam siue contumelijs, siue plagis, siue vul-

I 3 neribus,

# CHRISTOPHORI FINOTTI

neribus , siue etiam morte affici debuisset ;  
nec vitam cum tali morte , nec vnguentum  
cum vulneribus , nec cum plagis delicias ,  
nec honorem cum contumelijs comparas-  
set . Venerat enim in eam mentem singula-  
ris amator Domini , vt , quoniam effectio  
operis est probatio dilectionis , nihil ama-  
rarium , nihil asperum , nihil calamitosum  
equitandum existimaret , cui vinere Christus  
esset , ac mori lucrum . Agè vero , quia &  
illud compertum est Audit . quantò magis  
quispiam Deum diligit , & amat , tantò etiā  
magis à Deo diligit , & amari , quam carus  
fuit Domino , quam in amoribus , ac deli-  
tijs Clavis Apostolice Coryphæus ? Vide-  
licet cùm ille amore summo , ac singulari  
dilectione in Deum , magnificèntissimum  
sibi epulum extruxisset , eidem Deus ipse ,  
qui amore est , & dilectio amore in eum suo ,  
ac dilectione nouum aliud plusquam singu-  
lare conuinium , ac Diuinum extruxit . Num  
quam ergo vacabat epulis , qui semper epu-  
lis accumbebat ; & si quando saturatus abi-  
bat suis , quod accidisse vix potuit , ad alie-  
nas , hoc est Dei sese illico transferebat .  
Contemplabatur enim , quantum hoc esset ,  
ab ipso rerum omnium Opifice , & Guber-  
natore Deo amari , quantæ liberalitatis te-  
stimo-

timonium, quām singularis beneficentia signum, quantæ dignitatis, gloriæ, felicitatis argumentum; & hoc ipso fruebatur suauissimo velut nectare, & sanctiori diuinæ mensæ delitio. Et negari profectò sine graui facinore, ac maleficio nequit, in omnino omnino Creaturarum genus, cuiuscmodi illæ sint, seu carentes sensu, seu expertes rationis, non tamen sensus, seu participes utriusque, seu demum præditæ ratione, sed procul remotæ à sensu, benignè, ac liberaliter se gerere Præpotentem illum totius Orbis Parentem, omnia prorsus digitorum nempe suorum opera diligere, & amare, omnibus impigrè consulere, ac prouidere, & in omnes planè angulos Cœli, Terræquæ bonitatis, & clementiæ suæ radios affluenter diffundere. Illud tamen in primis debet esse omnibus pro comperto, præcipua quadam benevolentia, & amore in homines ferri, atque ex his quidem in eos maxime, qui se eximiè, ac mirificè præ cæteris amant. Etiam Sol iste aureus Auditores, qui iustrat, & illustrat omnia, primum in altissimas Terræ partes, in colles, ac montes sublimiores, claritatis suæ radios spargit, mox etiam locis humilibus, ac demissis & lucem, & calorem impertit. Etiam

I 3 imbri-

# CHRISTOPHORI FINOTTI

imbribus ante madefiunt excelsi Colles ;  
quæ humilitas vallium . Quid ergo mi-  
rari possumus imbre illo Cœlesti Diuinæ  
Misericordia , illa illa luce clarissima pietatis,  
ac benevolentia Dei , eos præsertim ab-  
lui , & illustrari , qui se quasi colles erexe-  
rint ad amandum , ac posthabitatis vniuersis ,  
quæ humilia viderint , summo quodam ar-  
dore animi adspicentes ad altiora ferantur  
in ipsum Deum . Ex quibus cumi Apostolo-  
rum Princeps , optimus sectator Domini  
vñus esset , bono quidem iure singulari qua-  
dam benevolentia præ alijs sectatoribus , ac  
discipulis amari a Christo debebat . Et ama-  
batur certe ijs frueñs in amore delitijs , quæ  
quales , & quantæ sint , nè cogitari quidem  
animo potest , nedum oratione cōprehen-  
di . Nam quid aliud indicat , & testatur fre-  
quentis illa cōmunicatio arcanorum , quæ  
cum nollet Seruator vniuerso patere Apo-  
stolorum Collegio , tres solum elegit comis-  
tes , siue testes , quorum scilicet consuetu-  
dine longè familiarius vtebatur , atque in-  
ter eos Petrum præcipue , sic ut nullum es-  
set omnino factum , nullum singulare mira-  
culum , quo suam Diuitiatei contestare-  
tur , cuius non ille esset præcipuus , ac pri-  
marius testis . Ut enim vittantur illa , quæ  
vidit

vidit illè, sed cum illo viderunt quoq; omnes discipuli, sola voce, ac nutu Domini morbos fugari, immundos spiritus eijsci, mortuos excitati, claudis incessum, surdis atriditum, cecis lumen, faciūndiam mutis restui, ipsis etiam ventorum, fluctuumq; turbinibus, & maris tempestatibus imperatis, & alia id genus plusquam sextenta. Ut his inquam pretermisssis ea solum leniter attingatus, quæ fuerant Petro non ita tunimulatis communia, affuit ille primū enim Ioanne, & Iacobo in Thabor monte, cum humanae mentis Redemptor fulgore Solis aenfacie, & candore niuis in ueste, admirabilem illam Diuinæ Naturæ gloriā patefecit. Cuius amaritatem longè maiori qnouis solatio ita captus est animus Petri, ut catetorium oblitus, iam inde nollet recedere, ubi putabat optimū esse. Affuit etiam eum ijsdē in Aedibus Tairi Principis Synagogæ, cum eius filiam iam extinctum magna omnium admiratio reuocauit ad vitam. In hortō pariter affuit ea hoste, qua cum agnosceret Christus fore, ut suorum hostium manibus proderetur, imminentia tormentorum, necisque sauvissimæ timore percussus, ut Patrem oraret, secessit à suis, & in secretiores recessus, loca precibus op-

# CHRISTOPHORI FINOTTI

portuna sese recepit. Quis autem ibit inficias, hæc ipsa certa quædani fuisse pecularis Dei beneficentiae pignora, summa quædam amoris in Petrum præcipui luculentissima monumenta? Sed illud tamen in Petro valde est admirabile, quo diuinæ in eum charitatis ardor quam maximè commendatur; quod eum unum è discipulorum suorum numero selegit Christus, quem suum in Terris Vicarium, Christianæ Religionis Principem constitueret, & naum illi Terrarum Orbis committeret, ac Regni Cœlorum claves. Quid enim hoc maius effungi potest? Quid exegitari potest admirabilius, quam inter homines hominem, mortali adhuc vita fungentem inter mortales, in ea dignitatis, atque honoris amplitudine collocari, ut vicem Regis Regum, & Domini Dominantiū gereret, clauū Christianæ fidei tanquam gubernator maximus administraret, præcesset non modo Populi universis, sed Regibus etiam, Imperatoribus, & Monarchis; prius ipse humana rū repertor legum, & approbator, sine cuius assensu vix quicquā ab ijs inste præcipi, auctoranciri possit; vix quicquā inter leges, & statuta describi; & quē demū Patrem, ac Dominum, debitam illi, ut par est, obediens.

tiam pollicendo, totus Terrarum Orbis agnosceret? Hoc enim fieri significat esse Christi Vicarium, Sedis Apostolicæ Principem, & Pontificem Maximum, summam omnium dignitate, & amplitudine commendari, præsidere Vrbibus, Populis, ac Ducibus vniuersitatis, Supremum esse conseruari in Tertis Iudicem, Vicariam in decernendo potestatem Domini exercere, atque ut expediam verbo, posse claudere Cœli portas, & aperire. En igitur quantum gloriae, & ornamenti Petro Beatissimo detulit dñmns ille Seruatoris Domini amor. En quantis illum obligauit supra ceteros, ac deuinxit officijs. En quales illi paratus voluit epularum delicias, quibus ad omnem vesti satietatem procul dubio posset. Sed voceriam tamen Auditores ad nouam mensam fortassis Petru suauiorum; ad eam scilicet, qua post astensem Seruatoris in Cœlum, & Spiritus sancti afflatum simile, vero est triunphasse. Quid enim? et non illæ erant epulae, non illæ deliciae, Asiam, Pontum, Galatiam, Cappadociam, aliasque Urbes plurimas, & Regiones percurre, ut Christianum nomen, religionem, ac cultum disseminaret? Et video mihi quidem videre Apostolum in ea peregrinatio-

ne.

**C R I S T O P H O R I P I N O T T I**  
ne itinerum, ac iustratione locorum p̄t  
iucunditatē deliciarū maxima triumphan-  
tem. Atque ut aquæ impetus faxorunt, si-  
gnorūm vè cōpositū diu retehut, si fore  
quæ obstabat, sublata fuerint, vel petrūpt,  
mūltò maior, ac vehementiōr exit, ita se-  
mīhi ostendit erumpens, vt ita dicam, eo  
tempore Petri atdōr; quem cūm antea me-  
tuſ quidam, ac terroſ ſepultum quodam-  
modo, & repressum tenebat, vbi tandem di-  
uina circa illum claritas, & lumen affulſit,  
projecto penitus oīnni metu, erumpere ſu-  
bitò, exardere, effertuſcere multum cœpit.  
Vt nullus iam eſſet ijs in regionibus Terræ  
angulus ita cæcus, & abditus, nullus tam  
abſtrusus recessus, quem mira cūm volupta-  
te ē tenebris, & fluctib⁹ praue vita, in fe-  
rena admodum religionis luce, & tranquili-  
tē fidei ſihi non celerrimè collocauit. Quod  
cūmfecit, quōcumque peruenit ipſe, eodem  
etiam Christi Immortalis gloria, famaque  
peruafit. Et quoniam arca noī quodam Di-  
uinae Mēntis consilio factum est, vt qui An-  
tiochenam Ecclesiā edoctis ijs, qui ex cir-  
cunciſione crediderant, iam antē fundau-  
rat, ad Vrbem deum Romam diuerteret,  
vt ibi Sacra ſancta Romanæ Ecclesiaz positis  
fundamentis, que Ciuitas Terrarum Do-  
mina,

Imma, & Princeps erat Imperij, ac pene totius Orbis; eam pariter Sedis Apostolice Principein; & Christiahi caput Imperij confirmaret, vix possint certe cogitando assenti; ne duci dicendo complecti; quam cum gloria, & maiestate tropaeum Crucis Christi in eas arcet intulerit, quantum in effectis Gentibus emollientis proficerit, quantum in euellendis animorum superstitionibus laborariit, quantum operam studiorum que nauauerit, ut expurgaret mortallimenteres, vitiorum teherbras propulsaret; Christiam lucem infereret, iura, legesque edoceret, patefaceret ad Caelum iter: quantum denique siue in concilandis Philosophorum opinioibns, siue in dissoluendis fetrenz sapientiae vanitatibus; siue in confutandis Daemonum cultibus; siue in destruenda omnium saerilegorum impietas; & errosum turpitudine triumphat: Nimirum ut ea, quae natura ducere mouentur, prope terminum; ac finem motus, incitatori cursu feruntur, ita tam se superni amulacrorum luminis semper commouisset Petrus ad viuernum Tetrarum Orbem Christiane luce fidei illustrandum, ubi primum Romanum peruenit; extremo in ea Urbe die, evanescere confessio; non modo se ipsum celeritate  
vincere

CHRISTOPHORI FINOTTI  
vincere visus est, sed etiā radijs longè splen-  
dentioribus coruscare. Et longus profe-  
ctò sim, si omnia sigillatim persequi velim,  
quæ Romæ non longo temporis intervallo  
effecit. Ut nimirum pinguia illa, & opima  
Romanorū Collum arua Diuini Verbi se-  
mine diligenter obseuerit; vt quicquid vn-  
quam fuerat vanis erroribus institutum, re-  
pente abstulerit; vt prouidus, ac vigilan-  
tissimus Pastor Christiano Gregi & ampli-  
ficando, & confirmingo omni studio intui-  
gilarit; vt ad omnes penè non Italiae solum,  
sed Siciliæ, Hispaniæ, Galliæ, omniumq;  
Regnum, & Imperiorum Vrbes diuinæ  
mæfisis legendæ Præsides, atque operarios  
miserit; vt vaferrimi illius nescio an homi-  
nis dixerim, an potius Iuferorum monstri,  
Simonis nomine imposturas, præstigiasq;e  
detexerit; vt vesanam eius potentiam, imo  
vero impotentiam & extinxerit, & ipsum  
Dei, Ecclesiæq; Romanæ hostem accertimū  
penitus profligarit; vt virum hyperboreum  
Icarios pro spectaculo exhibetem volatus,  
fusis ad Deum precibus recentem velut Ica-  
runi è Cœlo præcipitarit; vt eam ob causam  
Neronis Imperatoris saeuissimi Principis  
iussu in carcere, vinculaque coniectus p-  
dore, fame, ac siti confectus fuerit; vt ibi-  
dem

dem Processani, & Martinianum custodes, & alios secum plutes ad Christi veneracionem, cultumque conuerterit; vt eos aquæ fonte è saxis ipsis diuinitus erumpente, sacrosancto baptismate lauerit, & mundarit; Ut denique in Crucem actus eodem mortis genere vitam ipse reddiderit Saluatori, quo ille anteà moriendo vitam nobis dederat vniuersis. Et sic quidem saturatus iam ijs epulis, quas inter ærumnas, & labores suos, inter cruciatus inumeros, inter ipsa tormenta, necemquè durissimam degustabat, ad sempiternas Cœli delicias, ad illam perennium conuiuiorum sedem beatissimam euolauit. Te verò, Petre sanctissime, vt simpliciter dicam, verè beatum, qui contemptis huius sæculi voluptatibus, ijsquè oblectamentis, quæ incerta sunt, & fugacia, ea solù solatia toto vitæ cursu sectatus es, quæ sunt certissima, ac sine fine mansura, atque ita sectatus, vt assecutus omnino fueris. Quis enim te uno felicior, siue Christi Amatoris tui consuetudine fruereris, siue admiranda illa spectacula diuinæ potentie intuereris, siue sollicitum te haberent quotidiana illæ curæ seruandi commissi gregis, fidei, ac religionis firmandæ, lucis, ac legis per omnes Terræ angulos proferendæ, de Christiana

# CHRISTOPHER FINOTTI

stiana Republica tum primum nata non co-  
gitandi solum, sed agendi; siue demum pro  
Christi nomine tormenta, carceres, & crux-  
cem subires? Certe tuas haec fuit summa fer-  
licitas, tua omni laude maior gloria; tuas  
pullis ynquam voluptatibus comparandas  
delitiae. Ita vero Auditores faxit Deus. Ma-  
ximus Optimus, ut vestigia huius diei epulæ  
diuinæ tandem Petri delicias assequantur.  
Dixi.

卷之三

D E

# DE EXCESSV C H R I S T I Domini Scrutatoris Oratio.

**M**NESTA hec N.  
N. eademque gra-  
tissima illius diei  
comemoratio, qua  
Summus ille salut-  
is Parentis & Aut-  
hor Deus, Inter-  
talis cū esset, mo-  
xus ligno, lumen illam pulchritudine  
nebris obruit, vitamque illam sanctissimam  
voluntaria, ut verò dicam, morte affecit,  
quicmadmodum benevolentiam & amar-  
rem erga nos eius incredibilem, & numqua  
satis commendandum divinę sacramentum  
misericordit representat, ita facile cuius-  
que animo non immemori, & vita vindic-  
cena sua vel suo croni interitu agnoscendi &  
miferationem afferre potest iustissimam, &  
acerbissimum dolorem elicere, & lacryma-  
rum

CHRISTOPHORI FINOTTI<sup>9</sup>  
rum ingente*pi* cōpiant, maximo*sq* luctu  
extrudere. Quotus enim quisque est Ad-  
ditores, qui si hodiernæ erga humānum ge-  
nus diuinæ benignitatis magnitudinem re-  
cordetur, qua nullus potest exēgītari ma-  
jor, siue ipsius præstantiam, & ubertatem  
spectemus, siue benignè facientis volunta-  
tem, siue eorum, quibus benignè factum est,  
utilitatem, dum singulare hoc in se colha-  
tum, & admirabile beneficium, nō ipri qua  
potest gratiarum actione, & obseruantia  
lit, modum etiam conferentis, labore*rem* scien-  
tiae, eruo*atus*, supplicia, necem, & onus  
longè durissima miseratus, non perennibus  
lactymis pro tanta rerum acerbitate consi-  
ciatur? Ponitur enim nobis hac luce ob oculos  
Iesus ille Seruator, qui delapsus ē Cœlo  
Sancti Spiritus aura conflante, linea Virgi-  
nei sinus angustias hominum causas, inob-  
talem iam figuram induerat, & nostrā quip-  
pe teorū caufam, & capitali maleficio capi-  
tis damnatorum, Patronus ipse optimus, &  
propugnator susceperebat potentissimos. Pot-  
nitur inquam ille ob octos, heu facinus  
atrocissimum, miserando aspectu ab uno  
suorum proditus, & turbis inimicorum ca-  
ptus, ab amantibus derelictus, criminatio-  
nibus laceratus, probris appetitus, ore  
spur-

spurcissimo consputatus, colaphis cæsus,  
 flagellis contusus, corona spinea perfora-  
 tus, iocularia veste induitus, clavis confos-  
 sus, cruci suffixus, hasta transfixeratus,  
 dicam verbo, inter cruenta vulnera, inter  
 innumetabiles cruciatus atrocissime mor-  
 tuus. O miserandum, & crudele spectacu-  
 lum, o nefariam scelerum, & suppliciorum  
 conspirationem. At enim quid malo, proh  
 Deum Immortalem, Vir ille innocens me-  
 rebatur? quid supplicij Deus ille hono san-  
 ctissimus? quid inuidia amantissimus ille  
 omnium, qui vt omnibus benefaceret, sibi  
 etiam vltro passus est male fieri? qui nostræ  
 vt causam sustineret, suam deseruit? de alijs  
 plurimum, de se ipso minimum laborauit?  
 qui vt à nobis arceret miseras, suscepit gru-  
 nas, vt calamitates depelleret, acerbitates  
 sustinuit, vt mortem auerteret, internecio-  
 nem expetij? Profecto inficiari modò quis  
 audeat, quin dñigeret nos ille plurimum,  
 & amaret, qui vnus amore est, & dilectio, &  
 cui tam cara, tam accepta, tam optabilis sa-  
 lus nostra, & vita fuit, vt eam infinito etiam  
 sanguinis sui pretio, necisque omnium acer-  
 bisimæ estimarat. Pro nobis enim conse-  
 leratis iustus ille, pius pro impijs, pro per-  
 ditis optimus, pro ingratis gratissimus, nul-

CHRISTOPHORI FINOTTI

Io adductus officio, nullo iure, nullo fructu  
vicariam mortem occubuit; & quibus pro  
nostra scelerum turpitudine, & factorum  
indignitate, aeternam debuisse mortem, &  
supplicium dare, ijsdem ipse potius morien-  
do mortem iam inminentem abstulit, vi-  
tam dedit. O singularem, & numquam an-  
tè visam, vel auditam misericordiam. O ad-  
mirabilem, & omni maiorem cogitatione,  
animi bonitatem. Siccine verò Christe Deus  
optime, & sanctissime tot, tantisque sup-  
plicijs, tot, tantisque doloribus, vulneribus,  
cruciatibus non tua, sed aliorum causa, nec  
proboruar quidem, sed improborum, nullo  
tui emolumento, nulla spe, nulla vtilitate  
re obiecisti? Siccine tibi tam vile fuit caput  
istud sanctissimum, vt illud pro re lutea, &  
nihili facienda, pro hostibus, pro inimicis  
deuoueris? Ita nullius pretij corpus istud  
pulcherrimum, vt pro ceno illud, ac sordi-  
bus in crudeles sacrilegorum hominum ma-  
nus, immitia verbera, cruentas plagas, du-  
rissimam necem immiseris, sic vt quod mor-  
tiferum erat mortalitati yulnus impositū,  
acceptis ipse vulneribus, ac cæde sanares?  
Magnum sanè id habitum quandoque est  
Auditores, vt pro amico quispiam mortem  
oppetere, ac vita priuari vellet, quod de  
Oreste,

Oreste, ac Pylade vetus fabula refert; cum  
ignorante Rege, uter eorum Orestes esset,  
Pylades Orestem se esse dicebat, ut pro illo  
necaretur, Orestes autem ita ut erat, Orestem  
se esse perseverabat. Ficta res igitur, verè ta-  
men in fido illo amantium pari, quod hi-  
storiarum vetustas memorat, Damonis, &  
Pythiæ magno cum applausu Dionysij Si-  
cotorum Regis perspecta. Tyranno enim  
necis diem alteri destinante, pauculosquè  
eo dies rerum domesticarum ordinandarū  
gratia postulante, hac lege impetratum est,  
ut vas amici ea conditione alter fieret, si ip-  
se non rediisset ad statum diem, extremo hic  
supplicio plecteretur. Abiit igitur sponso-  
re dato, sua composuit, ad diem rediit, mul-  
tò laudabilius dicens emori, quam aman-  
tem, qui sua se causa obligauerat neci, tur-  
piter fallere. Praclarum facinus, & omni  
posteriorum memoria decorandum. At bo-  
ne Deus, amicus ille pro amico, amans pro  
amante, homo pro homine, par item pro  
pari cum aliquo fortassis exemplo. Tu verò  
preter omne exemplum, Christe Benignissime,  
heu pro quibus? pro inimicis, pro sce-  
leratis, pro impijs, quotquot sunt, erunt,  
fuerunt, pro ijs, quos tibi iniquos olim fui-  
se, & ingratos imposterum futuros intelli-

K 2 ligis,

# CHRISTOPHORI FINOTTI

Iligis; pro seruis herus, pro ministris Domini  
nus, pro milite Imperator, pro populo Prin-  
ceps, dicam clare, ut omnes intelligent, pro  
homine Deus, per dira etiam suppicia, per  
seua vulnera, per crudelissimam necem tru-  
cidaris, confoderis, obtruncaris. Quantum  
verò, & quale hoc est? Quād valde supe-  
rat omniē excellentis benevolentia magni-  
tudinē? Quantū afferre debet vna cum misē  
ratione admirationis? Neq; tamen parua  
illa res est, sed insignis, eximia, quę singula-  
re hoc Dei in homines beneficium multò  
magis commendat, quod nostrae salutis cu-  
pidus, prodigus sue, extremam sibi neces-  
sitatem vñtrō imposuit, & cùm ille posset  
non capi, non virginis cèdi, non pænis affici,  
non spatis expui, non verbis appeti, non  
criminibus lacetari, non ipsa demum mor-  
te multari, sponte tamen sua, nulla indi-  
gentia, nullaquè vtilitate quæsita, vt om-  
niem nostro à corpore perniciem, pestem-  
què deijsceret, non crudelissimæ solum, sed  
etiam turpissimæ se pœnæ, ac neci obtulit,  
vt nostrum omnium vitam suą vnius morte  
redimeret. Repetiſe mecum obſecro, Viri  
Ornatissimi, piaquè animorum considera-  
tione tractate, voluntariam illam hostium  
manibus ſe dederatis custodiam, cū in horto  
illo

illo Gethsemani, quò Christus Dominus Patrem oratus secesserat, nefarius cùm ille iam aduentaret proditor, impurissimo (profectus impium) ac turpissimo illo osculo traditurus, secundumquè vna magna iam adficeret sicariorum, patricidarum, satellitum, facinorosorum omnium manus, & si ille clanculum omnes abire poterat, ut olim fecit è Templo, & si perditorum illorum omnium poterat oculos excæcate, & iustum ijs inferre necem, atquè aternitatem suppliciorum date, quos vnicat tantum voce deiijcete in Terram potuit; nosluit tanien ille, sed prodijt, obuiam adiit, quem inquirerent, rogauit, eum se esse, quem quererent, patefecit, & sponte sua quodammodo vinculis brachia, manus, pedes inseruit. O animum verè fortē, & in primis amantem. Voluit certè nobis ille, Auditores, non obscura significatione ostendere, non inuitum se capi, nec recusantem, sed lubentē, amantem; ut illa tandem vera esse intelligeremus Sacrorum Vatum' Oracula, qui diuino afflati numine cùm faciendum hoc præuidissent, facti causam soli tribuerunt diuinæ erga homines voluntati. Agè verò, quid quod supremo illo tempore, ut prima cum ultimis coniungamus, cùm nihil iam integrum in eius

K 3 corpor-

CHRISTOPHORI FINOTTI  
corpore, quasi viuo quodam cœdauére, locū  
effet ad noua vulnera, cùm nihil ferè san-  
guinis superesset, quod ab eo dari nostra  
pro incolumitatē possit, & optata iam vo-  
tis omnibus aduentasset hora illa nouissi-  
ma ex hoc Mundo transeundi ad Patrem,  
non ore anhelanti, non tacito, quemadmo-  
dum cæteri, sed clamans voce magna spiri-  
tum vel tradidit, vel emisit? Cur clamans,  
amabo, moritur, nisi quia libenter, ac spon-  
te moritur? Cur voce magna, déficiente  
iam spiritu, nisi vt voluptatem, quam ani-  
mo capit, ore testetur? Cur tradit ille spi-  
ritum, vel emittit, nisi quia eum nullus ra-  
pit? Nullus enim verò erat, qui raperet eius  
animam, quam vél ab ipsa æternitate à se  
ipso pōnere constituerat. Et posuit illam  
quidem benignus Amator, atquè vt in sum-  
ma dolorum, & malorum, quæ perferebat,  
patientia insignem amoris etiam abundan-  
tiā declararet, amanter exposuit. Namq;  
vt verè loquar, non eius est, qui naturali ne-  
cessitate obit, tantum habere virium, &  
spirituum, vt vocem extollere, clamitare  
instante iam morte possit. Solius est igitur  
Scruatoris Christi, qui vitā nqbris suā spon-  
te donabat, voluntariam sui mortē clamor-  
re magno testari; sic vt vulnerū, necisq;  
dor

Ierūm incredibili quadam voluptate esset  
conianctus. Etiā illud Auditores, quod pō-  
stremo Patrem Deum allocutus suū illi spi-  
ritum commendauit, quasi apud eum depo-  
nēret aliquid, quod esset iterū recepturus,  
an nō spontanēam fuisse mortem illam de-  
nunciauit? Quid, quod inclinato capite vi-  
tam profudit, dulce nimirum nobis pollici-  
tus osculum, qui passis brachijs polliceba-  
tur amplexum? An vt hominem, pro cuius  
amore morte obibat, ad se vocaret? Etiam.  
An vt ligno impōstumi Regis Iudeorum ti-  
tuloni detrectaret? Ita sanè. An vt primum  
illum humani generis, mortisque Paren-  
tem, Adamum scilicet diuino quodam con-  
filiō in ijs humākē locis vita donaret?  
fateor. Non defunt causæ. Illa tamen  
non minima, vt eam sibi necem gratissi-  
mam, & sponte ipsa suscepit, pro salu-  
te hominum edogeret. Nimirum hac re  
etiam à communi aliorum moriendi lege  
liber esse voluit, vt & innocens mortem obi-  
ret, & mortis quendam modum peculiarem  
haberet. Expitauit enim ille, hoc est vltro,  
non coactus obiit, qui Parens est vita, &  
pro hominū vita vitam libentissime dedit.  
O inauditam, & prodigiosam beneuolen-  
tiā; O singulare, & inexhaustā diuinæ mi-

**C**HRITOPHORI FINOTTI

sericordię charitatem. Quid modo amplius  
ò Mortalis expectas? Pro te moritur mor-  
tis, ac vita Domini; tuam non modò cau-  
sam ut sponsor, sed personam quoque susci-  
pit, ac fuetur ut reus; tibi vni tot ærumnas,  
tot labores, tot supplicia patitur; te morti  
addictum moriens ille è mortis fauibus  
eripit. Quid plura? Tibi, cui pro tuo  
scelere interclusus iam erat Cœlorum adi-  
tus, toto effuso è venis omnibus sanguine,  
extremo vitæ spiritu reddito, salutis fores  
aperuit, atquè expeditum fecit in Cœlum  
iter. Quo igitur animo, qua mente, qua re-  
ligione, quibus etiam lacrymis eum co-  
les, qui te ut redimeret, seipsum vendidit,  
te ut seruaret, seipsum perdidit, te ut vitæ  
redderet, seipsum necauit? At heu sceler-  
osum, ac perditum hominem, quam per-  
peram, quam ingratè, quam inhumani-  
ter cum Amante optimo agit? Prò homine,  
quod sæpe dixi, torquetur Deus, homo vi-  
cissim pro Deo non ullum quidem dolorem  
capit; ille malis omnibus, ærumnis, pœ-  
nis, doloribus cruciatur, nullo hic mero-  
re, nulla solicitudine, nullo animi angore  
conficitur; ille sanguinem, quantus inetat,  
è venis effundit, hic non ullam quidem ex oculis  
lacrymam, fletumque spargit. Quid porro  
post

post omnem memoriam tam immite, tam feruī, tam inhumanum? Aer ipse quodammodo expers sensus, & vita, ut tuā tibi crudelitatem, & ingratum animū exprobaret, sequissima Christi morte commotus, offusis tenebris grauiter luxit. Luxit Sol ille aureus, solus propemodum cæca illa caligine tantę impietatis, parricidijquę animaduisor. Luxit etiati suo modo vniuersa hæc, quæ nos immerentes sustentat, Terrarum moles. Nam quid illud obsecro, esse dixerim, Cœlum inhotescete, Tertam contremiscere, & Solem ipsum in tam acerbo, miseroquę spectaculo, nè tantam rei indignitatem videret, eripiendo funesto facinori lœtum diem, diei lucem, luci splendorem, splendori seipsum, obuolutum caput tenebris abdidisse? Quid illud, audire concussum petrarum, motum Terræ, fremitum Inferorum, videre obscurum Solem, & consciissa à summo ad imum Templi cortina, patere grande secretum, & mortuorum sepulcrā? Certè hoc ipsum arbitror esse, diræ morti Parentis Optimi acrius ingemisci, & tam efferum, tam immane morientis in cruce spectaculum grauiter deplorare. Quò ergo est æquius Auditores, ut istud nos ipsi, qui vita valemus, & sensu, qui homines,

# CHRISTOPHORI FINOTTI

mines, non tantum viuentes sumus, quia rationem Duce*m* sequi debemus, qui Christiani honore nominis, & dignitate gaudemus, & quorum causa tantum, ac tale incommodum, tantum, & tale detrimentum suscep*tum* ab eo est, deploremus? Quod conuenientius est, & quo*m* iustius, vt cum tant*m* hoc, & tam singularis benevolentia erga nos testimonium, tant*m* pietatis, officij, & misericordiae fructum agnoscamus, quando*m* parem illi gratiam referre nequaquam possumus, eternam salt*m* eius memoriam, & perennem amantis optimi recordationem gratissimis non modo animis, sed etiam vocibus, & lacrymarum officio prosequamur? Profecto ut Christi omnis calamitas, & ærumpa conuersa est ad nostram felicitatem; non tantum ad salutem, ita ad nos omnes pertinere debet, vt perpetua*m* illius diei memoria versetur in animo, laus audiatur ex ore, vt qui participes fuimus maturinæ latitiae, expertes ne simus vespertinæ querelæ. Quod ut faciamus, supremæ rerum potestatis confixa*m* ligno imaginem non tam nobis ob oculos, quam animum proponamus. Inspiciamus, vt Augustinus aiebat, pendens eruce vulnera, occumbentis in ligno sanguinem, pretium morte.

re:

redimentis Christi Sanctissimi. Caput illud inclinatum ad oscularandum ardenti, ac libenti animo osculemur. Pectus illud confossum; & apertum ad diligendum fixis introrsum oculis contempletehut. Extensa illa ad amplectendum brachia amantissime complectantur; totumque illud demuni ad hominem redimendum. Christi corpus expositum, qua religione, quo cultu, qua pietate possumus, veneremur. Hæc qualia, & quanta sint, sedulo cogitemus. Hæc statera nostri cordis instissima appendamus, ut totus ille nobis figatur in corde, qui totus pro nobis est affixus in Cruce. Dixi.



# DE INCESSU MARIÆ VIRGINIS

## Ad Elisabeth. Oratio.



X Vrbe Nazareth.  
hodiernus iste, quē  
pio cultu celebra-  
mus egredium, Viri  
Illustrissimi, ad se-  
nilem fœminā ado-  
lescentis puellę, ad  
infecundam, & ste-  
rilem Virginis, &

intactę, ad prægnantem vtero, moxquę ho-  
minem paritum præter naturę leges vix-  
tum plenę concepto Deo, sanctissimaquę  
illa, & longę omnium incuridissima Marię,  
& Elisabeth, aluorumquę cancellulis con-  
tentorum Ioannis, & Dei coronę pulcher-  
rimę, beatissimęquę congressio, quantum  
in se habet miraculosę cuiusdam dignita-  
tis, & excellentię, longę plus autem, quam  
vē a nobis nē dicam cogitatione animi, no-  
stra saltem oratione comprehendi possit,  
tantum

tantum re vera bono cuique, qui recte sentiat, afferre debet admirationis. Nam cum eo omnes ingenio quamvis mortales, & fragiles enascamur, ut quemcumque noua, & insolita accidunt vel naturæ opera, vel eius, qui Parens naturæ est, Dei Optimæ beneficia, ijsdem ipsis non modò pro rerum magnitudine summè, aut mediocriter oblectemur, sed parem etiam illi, quam ceperimus, voluptati admirationem mentium coniungamus; ac quod quisque ceteris Cœlestium est ope officiorum melior, eò se promptiorem ad utrumque optandum, ac peragendum præstet; hic certè quenque optimum, & sapientissimum hominem non mirari, ubi cum singulari propè quadam maximarum rerum nouitate, qua vniuersi nos libentissime capimur, plusquam excellētis, diuinæquè præstantiæ magnitudo propemodiū incredibilis spectanda oculis exhibetur, planè iniquum esse, atque inconueniens videretur. Quid enim tam novum, & insolitum, quam per hodiernum misterium in tenellæ adhuc ætatis Virgincula, in regia, honestissimaque puella, decentissima sacri ponderis, vel potius leuissimis bajula, tanta itineris non per agrotum planitie, & aquitatem, sed per montium

CHRISTOPHORI FINOTTI  
tium editorum cacumina difficultas? Quid  
tam inusitatum, quam in confecta senio fo-  
mina, ad pariendum proxima, ex aduen-  
tu incorruptæ Virginis procreata felicitas?  
Quid tam mirum, tam singulare, quam in  
Deo adhuc Matris concluso ventre, in Ioā-  
nem breui parturientum ardentissimus a-  
mor? Quid tam prodigiosum, & incredibi-  
le, quam ex Dei Verbi in utero Virginis  
præsentia, suauissimam Ioannis vocem om-  
ni metu rauitatis exemptam dulcissime  
cecinisse? Hoc est, ipsam Ioannis animam  
qualicumque peccatorum labecula expur-  
gatam, Diuinoquè afflatam Numine præ-  
uidisse, qui aderat, gestisse præ gaudio, &  
exultasse? Sed ut ea nostra nè attingat ora-  
tio, quæ contingere nequit imbecillis oculi  
Auditores, quandò altiori quodam  
principio talem mihi fecit vestra benigni-  
tas audientiam, in accommodatori nostris  
animis consideratione misterij pro tempo-  
ris opportunitate sapientius immoremur.  
Vix ergò Nazareth per Gabrielē delapsum  
Cœlo, è beatissimo illo scilicet spiritualiū  
mentium domicilio, in floridum, ac coro-  
narium solum, compellata magnificè Bea-  
ta Virgo dictæ sibi salutis vocales sonos ac-  
cepserat. Djuinæ interpres voluntatis.

Vix

Vix peculiari quadam felicitate Sacrarium  
 Spiritus Sancti effecta, Cœlestis ope bene-  
 dictionis non segnis, non arida, non ob-  
 ducta vllis fordibus Terra, sed secreta,  
 fœcundorum imbrium irrigatione vberri-  
 ma, non vllis morositatibus scabra, sed  
 Virginalis cultu verecundiz mollis, non  
 vanitate aliqua pumicosa, sed miro Dei  
 artificio complanata, non sanguine rubea,  
 nec candore cana, sed nulla circum pie-  
 tate, & humilitate nigrescens, rosida  
 religione, nitida puritate Cœlestem fœ-  
 tum conceperat, cuius infinitam sanè dul-  
 citudinem pari cum nouitate coniunctam  
 natura ipsa, tempus, Mundique vniuer-  
 sitas obstupesceret. Dicam planius, &  
 apertius, in Vinea Domini Sabaoth Su-  
 premus ille Vinitor vitem selectissimam  
 complantarat, vel in aurea vite botrum  
 nectare, & ambrosia dulciorem expres-  
 serat, vbi Iesus animarum Seruator, vt  
 liquorem vitalis succi pretiosissimum spar-  
 geret, quo venali sine pretio frueremi-  
 ni, nescio que nostrarum eleuatione  
 mentium superiori ratione fese in arbo-  
 rem Marianam intrusit, cum qui nescit  
 tarda molimina, incitari Virgo ad  
 charitatis officium, Sancti Spiritus ve-  
 hemen-

CHRISTOPHORI FINOTTI  
hementib[us] impetu cœpit. Itaq; confessim  
pia mens in ardescit amoris flamma, rapi-  
tur non in uitio ad opera dilectionis, & alie-  
næ vt opem ferat necessitat[i], ot[er]i nescia,  
aliò cogitat de discessu; nec antè quidem co-  
gitat, quām quod iter p[re]iissimā secum ani-  
mo volutabat, corporeis gressibus molire-  
tur; rata hoc demum verē vnumquemque  
videri velle, quod vbi mente constitutum  
fit, sine cunctatione aliqua studiosissimus  
exequatur. Et in omnibus ita quidem se res  
habet officijs, quæ tātō præstabiliora apud  
eos, quorū demereret gratiam voluerimus;  
collocatus, quanto minime fuerint tan-  
diora; potiori tamen iure aliquo in actio-  
nibus pietatis, quas exerceere cūm possis, &  
in horam differas, bēnē agendi quam habes  
voluntatē, æquissimus æstimator non pon-  
derat Deus, nedum p[re]mijs afficit, & co-  
honestatvllis. Atquē h[oc] quidem causarum  
præcipua, & si non solā Sanctissimæ Virgi-  
nis mentem ad laborem operis commoue-  
bat, p[ed]es ad gressum. Sic indicta sibi tri-  
dui, vel ad inj[ur]ius h[ab]ui via, domo exit è Pa-  
tria; nequē vllis antè assueta ambulatiun-  
çoris, ad Elisabethi, quam mox ab Angelo  
didicerat filium edituram, longiorem su-  
scipit ab Urbe Nazareth, difficilemquē pro-  
gressum.

gressum. Ecquæ vero? Tenerima Virgo,  
Sacratissima Femina, Dilectissima Deo Puer  
la; quæ non ita pridem Cœlesti Nuncio Ga-  
brieli assensa cum ministram Domini, & an-  
cillam se ficeret, ad dignitatem Matris, ac  
Dominæ altiori quodam Diuinæ Omnipo-  
tentiae Sacramento quecta est. Cui ex ipsa  
æternitate majori non solum oratione, sed  
etiam cogitatione, Dei liberalitate, ac be-  
neficentiâ, non tam delectæ Orbis Terrarū,  
quam Cœlestium globorum Reginæ, non  
tam supremæ hominum, quam Angelorum  
Imperatrici, non tam nostræ mortalium  
vniuersitatis, quam Beatissimarum, æuoq;  
perpetuo donatarum Menthium Cœtus Prin-  
cipi Dominæ, flexis genibus procumber-  
tes, Aetherei indefesso ministerio famulan-  
tur, ac deseruunt Ciues,

*Quam Cœlo bis mille acies,*  
vt bonus ille Poeta inquit. quæq. *Aetberis alti*  
*Militia est, totidem currus, tot signa, tubæque,*  
*Tot litiæ comitantur, ouantiæ agmina gyro.*  
*Agglomerant, gremium cuius Diuinus obumbras*  
*Palnes, inexhaustis Terras qui compleat uis.*

Quæ Virga Iesse altissima, non defossa sar-  
culo, non fœcunda seminario, non anima-  
ta succo, qui nec semine suggeri potuit, nec  
radice, Virginæo ventre genuit, & occlusit

L florem,

CHRISTOPHORI FINOTTI  
florem', cùius in explicablem oratione non  
multò post odoris fragrantiam communi-  
cet vniuersis. Quæ Amygdalus nobilissima,  
Christum Diuinam nucem gremio suo ar-  
ctissimè constrictam tenet; quæ, verbo ex-  
pediam, viridarium omni ex parte conclus-  
sum, Paradisi deliciarum, Mundo præpa-  
rans risum, secum fert felicissimum non-  
dicam fontem, sed flumen, nec flumen-  
tantum, sed Oceanum inexhaustæ, diui-  
næquè adeò voluptatis. O singularem,  
& incredibilem in tanta, talique Virgi-  
ne mentis demissionem; o portentosam,  
nullisquam ante hunc diem sœulis auditam  
humilitatem. Siccinè verò flos Virgi-  
num, Matrum decus, Fœminei generis or-  
namentum, peregrinatione tibi prolixiori  
libenter incommodas? Siccinè tibi vtrò  
laborum itineris ferendorum satis graues  
molestias iam fetu Puella plena, felicissima  
Dei Parens demadas? Siccinè tibi causa pre-  
cipua, & sola fortasse es, tolerandarum quo  
animo per difficultia auiorum loca acerbita-  
tū? Quorsum vero? ad Cognatā Elisabeth,  
ad effœtam Fœminā. Quo consilio? qua men-  
te? vt seni grāuidæ operam naues; vt grani  
partus dolore oppressam, collo quijs beatif-  
simis consolere; vt omnem familiam exem-  
plo

ple tuo ad sanctitatis opera prosequenda  
tecum inuites. Nimirum hoc illud videtur  
esse Auditores, quod in sacris Diuinæ Spon-  
sæ amoribus, lepidissimo illo Cantico Ca-  
ticorum descriptis à Saloniōne legimus.  
Nardus mea dedit odorem suum. Nardus  
enim nostra, Maria scilicet Dëi Mater, tum  
verè omnia odoris fragrantissimi suavitate  
perfudit, cum hoc diē p̄ter fulgores maxi-  
mos plurimarū virtutū, humilitatis perillu-  
stre nobis argumentū dedit. Nouerat enim  
verò Cœlestis Nardus, quantò quisq; ad so-  
lum felicioris fortunæ, ad altiore virtutis  
apicem, ad supereminentius culmen vite ab  
Optimo Dœo; beneficentissimoq; prouochi-  
tur, tantò eideni magis opinione sua, & ope-  
ribus circa solū rependuntesse, fructuosęq;  
imaginem arboris p̄ferendam, quæ hoc  
magis ad Terram deicxit, quò onustiores  
pomorum copia extulit ramos. Didicerat  
mūstāncē, si te depressoeris, hanc vñani esse  
medicādī animorū prauis affectionibus p̄-  
sentissimā medicinam; eius quodcumq; spi-  
rituale remedium exp̄s spurium esse; que-  
cumque, quantum par est; eo prudentissi-  
me condiantur, suprà quam dici, vel cogita-  
ri potest, ad omnes animorū pestes, & ves-  
tēna inentium profiganda habere virtus.

CHRISTOPHORI FINOTTI  
ēta. Exploratum habebat fēris quidem  
omnibus venenatis, quas corporeis sensi-  
bus percipimus, à cœro patari necem; om-  
nium verò, quas mente, atquè animo capi-  
mus, interfētricem esse humilitatem. Non  
ignorabat animos subsidentes, quasi quel-  
dam dēpressa, & concava specula, quæ So-  
lis ignem rapiunt, sibique opposita vehe-  
menter inflammant, statim Diuini in se amo-  
ris ardorem concipere, facilequè ad alios  
incendium illud transfundere, ac deriu-  
re; tunida verò, atquè elata pectora more  
conuexorum, & protuberantium speculo-  
rum id neutrum posse. Vos expediam  
verbo. Viderat Beata Virgo ad Præpoten-  
tem vniuersorum Patrem nulla re propius  
in Terris accedi, quam animorum humili-  
tate; quæ quanto profundiōr fuerit, tanto  
erit gratior, & acceptior Deo. Hinc non  
illam felix Gabrielis Archangeli salutatio,  
non felicior Sancti Spiritus exilarantis ve-  
lū fluminis irrigatio, non felicissima in-  
cius vtero Diuini Verbi humanae carnis su-  
fceptio, nequè alterius cuiusque peculiaris  
prærogatiæ præcipuum ornementum, vel  
tenuis iactantia gloriozæ titillabat, vel scin-  
tilla vanitatis leuiculæ succendebat. Hinc  
alienę conflagrans estu nimio utilitatis, ne-  
que

que longa asperitate ita erum ad affinem.  
vetulam terrebatur, neque quò minus ve-  
locissima pergeret, sacro ventris pondere  
Deo impediebat; quin potius corruptio-  
nis nescia, ferens è longinquò Angelicum  
panem Nauis, quasi auræ impetu turgescen-  
te ad cursum velo, vel Columba candidis-  
simæ pernicibus ad volatum alis adiunaba-  
tur. Celestima igitur facile prætergressis  
viarum incommoditatibus, suis non tam  
pedibus, quām vœta Deo, Cariatharbe ve-  
nit, Elisabeth domum, quò quidem humili-  
lier, se nihil ferè faciens, quam tanti fece-  
rat Deus, hòc annis prouectæ Fœminæ par-  
ta felicitate commodior. Quis enim om-  
nium non ex oculis laborantium minime  
videat, quantum fætui edendo senem pro-  
ximam exhilaratit, quām magna volupta-  
te, gaudioquè affecerit, quām incredibili  
iucunditate, letitiaquè perfuderit repenti-  
nus hic Virgineæ Marris, & inexpectatus  
aduentus? Utinam verò Auditores tantum  
in me esset flumen ingenij, tanta in dicen-  
do vis, tantaquè copia, ut quantum cepit  
Elisabeth præsente Virgine gaudiorum, tan-  
tum ego dictione mea assequi possem. Non  
enim veterer, nè si nulli probauissent cona-  
tum meum, saltem diligentiam non omnes

L 3 asper-

CHRISTOPHORI FINOTTI  
aspernaremini. Sed quoniam voti huius  
conuincit nequit animus Auditores, si quod  
volumus, tenuitate nostra non possumus,  
quod saltem possumus, studiosissime id pre-  
stamus. Fingite, amabo, vestris vos mecum  
animis Beatissimam Virginem è collo Eli-  
sabeth intueri pendentem. Fingite penden-  
tem è collo Virginis laudatissimam vetu-  
lam. Fingite porrecta vtrinque ad constrain-  
gendum se brachia, defixam vtrinque fa-  
ciem, appetentem mutuo sese osculis, al-  
ternisque iniectos amplexus. Fingite hinc,  
& inde propinqua, paratissima ad osculum  
ora; sed quid paratissima ad osculum?  
Fingite osculantia, hilari quadam veluti  
casti cupidinis interiecta cōtentione. Quan-  
tam, bone Deus, non tam Virgo, quam-  
sibi à Virgine communicatam suavitatem  
sentit Elisabeth? quam dulcia percipit,  
& gratissima purissimorum suauiorum so-  
latia? Mirè felix ob suauia senex. Saluta-  
tur à Virgine, osculatur à Sponsa. Qua-  
li vero? Cuius sponso distillant odora  
labia fauum mellis; cuius sic amore hone-  
stissimo languet, otiali ut oscula è grè ad-  
modum ferat; quin identidem ut oscule-  
tur se osculo oris sui, illecebrarum Coe-  
sterni ducissimis blandimentis inuitet. Vi-  
dete,

dete , si libet , profectam à salutatione , ab osculis , à complexibus voluptatem . Lætatur Elisabeth , nec ipsa solum lætatur , sed quemadmodum fertilis , ac fructuosa arbor quicquid è Cœlo hauserit , siue pluuiam , siue norem , in radicem ipsam transmittit , ita quantumcumque capi lætitia , ac voluptatis Elisabeth , transfūdit in vterum ad Ioannem . Exultat cum Matre vtero constrictus puer , atquè ita exultat , vt quam hilaretatem loqui vōculis nequeat , saltatione interiori liberè proloquatur . Tam mira osculantis fragrantia , tantus odor Diuiparæ salutantis . Sed quid post oscula ? post amplexus ? post voces ? Conquievitè Virgo ab amotis officio ? at multò ardenter signa efferens charitatis , officiosissimæ præstat , quorum de causa venerat , opera dilectionis . Nam quemadmodum ignis quò ligna plura absumperit , nō hœc infirmior redditut , sed vehementior factus , ad alia comburenda longè plus habet roboris , & firmamenti ; ita quoque laudissimam Virginem , tantum abest , vt ab optimis , piissimisque muneribus confessum à se opus ullum retardet , vt ad alia quaque etiam difficiliora , quasi quibusdam givis cœceret , & impellat . Egeantnè alio

CHRISTOPHORI FINOTTI  
rum opera ex partu feminae laborantes, qui-  
busque agitari solent eo tempore, periculu-  
rum fluctibus agitatæ, malim ego vos mihi  
dicenti credere, quam propriæ cum quie-  
tis, & pecuniarum dispendio alios didicis-  
se. Sed tamen quæ mortalis est naturæ con-  
ditio, neque eiusmodi penè innumeros ob-  
experientiam faltit, neque nescire vos Au-  
ditores vestra animi prudentia patitur, in-  
 tanto, taliquæ discrimine parturientem fe-  
minam collocari, vt nisi adiutrices pluriū  
præstò sint manus, nisi nauiter familiares  
industrij opem ferant, periculosissimo, vt  
ita dicam, in naufragio vix tabulā habeat,  
qua se sustentet. Benè verò, ac feliciter ho-  
dierna die cum sene Elisabeth actum est; cui  
tantum abest, vt auxiliares presentium ami-  
corum manus defuerint, vt prætereat quod  
minime credidisset, Deiparae Virginis oble-  
stanta seruitutis affuerint. Operam hæc  
illi suam nauauit fetu appropinquante; stu-  
dium omne quod potuit; hæc impedit; hæc  
opitulata diligētissimè, hæc solata frequen-  
ti colloquiorum solatio est; vt sic demum  
cum Elisabeth intelligeret, in quantum se  
miseriarum acerbitatem coniecerat longa  
infēcundi ventris sterilitas, quantum mæ-  
roris, tristisq; pepererat, hæc omnia non  
tam

tam insperato humanitùs, diuinitùs cōces-  
so fructu, quām Virgineæ seruitutis officio,  
noua quadam ex hoc in illud vicissitudine,  
in incredibilem voluptatem, & gaudium  
conuersa esse; alia ex parte Virgo Sanctissima  
nihil non ageret, quod amoris gratiam  
redoleret, quod religionem, quod san-  
ctimoniam, quod pietatem non saperet.  
Quamquam quid mirum est, Puellam inten-  
gerimam piam esse, quæ secum defert vte-  
ro piissimum, & Parentem omnis misericor-  
diae Deum? Quid sanctam, quæ sanctimo-  
niae vindicem, & largitorem gerit? Quid  
amantem, quæ Diuinum Cupidinem, fari-  
sic liceat, Mater pulchræ dilectionis conte-  
pit? Tota enim pietas Christus est Audi-  
tores, tota sanctitas, totus amor. An non  
videtis, quantum ille amet, quām ardeat,  
quām conflagret? Ebrius, ut sic loquar,  
hausto veluti amoris poculo, maiestatis  
immenor suæ, tenuitatis amatör nostræ,  
deturbatur è Cœlo, mortalium naturam,  
& faciem induendus, Mariani ventris can-  
cellulos secretissime aduolat, vix vero, &  
mora omnis impatiens conuolat ad Ioan-  
nem. O Diuinam benevolentiam. O vetere  
optimum, unicumq; amantem. Ministrum  
conuenit salutem dicturus Princeps, Domi-

hus

CHRISTOPHORI FINOTTI  
dus serum, Tubicinens Imperator, Pre-  
conem sponsus, Hominem Deus. An non  
videtis, quām sancte agat? Illico Ioan-  
nis animam hæreditaria Parentum labo-  
ad vnumquemque mortalium per tradu-  
ces velut quosdam transmissa coinqua-  
tam benignè liberat, & emundat, cœni-  
colluione, ac sordibus obuolutam, p̄-  
potenti virtute extrahit, & expurgat, te-  
nebris caliginosis offusam, lucis aspectu  
recreat, & exornat; nec solum tenebras,  
caliginemque dispellit, sed metum etiam  
tenebrarum omnem, qui nihilò leuiorem  
omnibus calamitatē afferre solet. An-  
non videtis, quām piè exhilarat Puer Ie-  
sus Ioannem infantem? Exultare facit læ-  
titiaz suæ testim, suæ veritatis prēnuncium,  
sacroque afflante spiritu Cœlestium parti-  
cipem efficit arcanorum; neque Ioannem  
solum, sed cum Ioanne Elisabeth, cum in-  
fantulo Matrem. Ut iam profectò Audi-  
tores, si quid aliena prosperitate lætandum  
est, vt lætandum maximè est, quantum  
Elisabeth, & Ioannes Dei Verbi pietati,  
Virginisque benevolentiaz profusissimaz de-  
bent, multò verò plus, quām vt soluendo  
esse possint, tantum nos ijs vt p̄rogati-  
was hasce nobilissimas gratulemur, æquis-  
sum

sum videtur. Atque ego quidem Auditores, sicut non tam inuidendæ, quod absit, vel Infantis, vel Matri, quam per optandæ felicitatis æstu quodam desiderij rapior, & inflammor, ita etiam valde doleo, quod tanto ipse, taliique bono caruerim, quod nemo bonus non appetat. At vehementius gaudeo, quod Elisabeth, & Ioannem fructu præcipuo sanctitatis, Divinae beneficentie largitas cumularit. Dux.



DE LAVDIBVS  
D. DOMINICI  
sacri Ordinis Præ-  
dicatorum

INSTITUTORIS  
sanctissimi. Oratio.



I quantum clarita-  
tis obtinet Sol ille  
Princeps astrorum  
clarissimus, N. N.  
tanta proſus eſſet  
videndi virtus in-  
oculo, nihil certe  
verendū eſſet, quō  
minus & defixo a-  
ſpectu lucem illam ardentissimam contem-  
plari, & nulla omnino iactura in tanto ra-  
diorum ſplendore facta, gloriari poſſemus.  
Sed cū nihil, aut parum ſanē conueniat  
inter Solem, & oculum, infirmum hunc ſci-  
licet natura ſua, & minima vi donatū, euni  
verò altissimum, & luce vndequaque per-  
funsum, quid mirum, quod non allucinetur  
modò,

mòdò, sed cœcutiat oculus, si lumen illud  
maximum nulla manu è regione opposita  
inspectarit? En verò, Auditores, piissimum  
hominen, en Sanctissimum Cœlitem Do-  
minicum, in Ecclesia Sancta Dei clarissi-  
mum, & fulgentissimum Solem. En no-  
strum in eius virtutum radios omni luce,  
splendentiores, oculorum intentis obtutū.  
At quantò est ille altior, & lucidior, tantò  
hic certè demissior, & obscurior. Quamo-  
brem hæsitandum nobis videtur esse, nè si  
facem illam ardentissimam plus a quo su-  
spiciamus, non solum perstringantur ocu-  
li, sed videndi facultate orbati, impruden-  
tiæ nostræ, nescionè dicam, an impudentiæ  
penas demus. Id tamen vnum in tanto nos  
discrimine consolatur, quod vt Solem ip-  
sum reflectentem lumen in speculo, vel in  
fonte, ita Christianæ nostræ Reipublicæ iu-  
bar istud pulcherrimum, si non rectâ inspi-  
rere, at in fidei tamè speculo, sanctimonie,  
charitatis, & mitificarum omnium virtutū  
fonte licet commode contemplari. Qui d  
enim Auditores, vt quod mea fuit oratio-  
nis initium, sit etiam vobis auctentibus  
breuis excursus; quid inquam offertur ad-  
miratione dignum in Sole, quod in Viro  
Dei Dominico gloriosum, & singulare su-

præ

CHRISTOPHORI FINOTTI  
præ quam cogitari potest; non afful-  
geat? Profectò ut multa sint; quæ de-  
summo isto astrorum Duce, prædicari,  
magnisque laudibus efferri possint; nihil  
tamen tanti ponderis videtur esse; &  
tam eximiamq; quam quod naturali qua-  
dam fecunditatē, ac luce ornatus, non  
modò fructuum ferendorum copia, &  
diffundendi splendore luminis commen-  
detur; verum etiam aptissimum quibus-  
que rebus calorem producendis, conser-  
uandisque impertiat. Sed bone Deus,  
quid amabo, triam horum desideres in-  
Dominico & lucena vera? at in fronte  
parvuli pellum sacro fonte ablueretur, &  
mitante sydere quid lucidius? Fecundi-  
tatem? at quid per totum Orbem eo vi-  
ro fecundius; qui quocumque pergeret,  
sanctimoniae, ac religionis fructus adude-  
gustandum optimos deferebat & calorem?  
at quid ardentius; quid inflammatus eo  
hominē, qui vel in ipso Matris vtero, quan-  
tam viam ardoris Mondo esset allaturus,  
interpretor autem charitatis; eo ipso Pa-  
rentis somnia declarauit; cuni visa sibi est  
gestare catulum accensam ore faculani baiu-  
lantem, qua Terræ Orbem vniuersum incen-  
deret,

deret, atq; inflammaret? Mirandum sanè omen, at non inane prodigium. Quid enim quādū vixit, toto eo tēpore non egit Dominicus, vt Christianę veritatis luce hominum animos illustraret, fructibus innocentia suauissimis Vrbes instrueret, ipsique homines charitatis æstu quodam, quo nihil Dēo acceptius, conflagrarent? Quippe cùm se superni emulator lumenis ad hoc ipsum munus. Ferris à Deo datum existimat, venè tam sibi, quam alijs operam daret, nec uno in loco splendoreret tantum, sed in omnibus ferè angulis, & sapientiæ, qua pollebat diuinitus, coruscantem Populis præferret faciem, nihil non egit diligentissime, nihil laboris, nihil industrie, nihil opera prætermisit, quò demandatam sibi nobilem prælucendi prouinciam, summa cum Dei laude, Setuatoris ipsius gloria, Christiani nominis propagatione, & sua cum voruptate animi sustineret. In quo præstando cùm ille radiorum vice lingua, & voculis uteretur, mirum est, quantam omni ex parte Christianæ eruditioñis lucem, ac splendorem diffuderit, quanto fulgor de doctrinæ Sanctissimæ irradiari, quantum denique virtutum iubar, fidei, iustitiae,

CHRISTOPHORI FINOTTI

titæ , sapientiæ , probitatisq; accenderit .  
Gentes enim ille oratione sua efferatas e-  
mollijt , ignatas erudit , perpoluit incut-  
tas , superstitiones sustulit , animos perpur-  
gauit , humanitatem intulit , doctrinam  
edocuit , religionem inseruit , iura , leges-  
que explicauit , & in clara admodum luce  
omnia collocavit . Quantò igitur Dominis-  
cus meliora , quād de Triptolemo legitur ,  
semīna intulit Mūndo , quantò meliorem  
de Cœlo ignem , quād Prometheus ille ad  
homines animandos deduxit , & longè sa-  
niotem , quād senex ille Atticus , quem a-  
iunt è Cœlo Philosophiam deuocasse , mor-  
tales edocuit , sanctiorenq; doctrinam ?  
Nimirum Vir Dei Dominicus liberale of-  
ficijum esse nouerat , serere beneficium , vt  
metere possis fructum , & ibi præsertim , vbi  
non ad corporum modò , sed etiam animo-  
rum salutem pertineat fructus . Nec eo qui-  
dem fraudari potuit , qui & illam conceper-  
rat ex Deo spem , nullas pro Christi nomi-  
ne susceptas sine fructu fore vigilias , & eam  
qb causam peritissimus suadédi , vt Tyrteus  
olim Lacedemonijs , ex alto conspectus lo-  
eo , multa s̄xpe , magnaq; afferebat dam-  
norum solatia , incitamenta virtutum ; mor-  
talis vitæ huius perbreuem esse cursum di-  
cebatur

cebat gloriæ sempiternum ; hæc quæ tanguntur manibus , oculisquè cernuntur, incerta esse , ac fugacia ; quæ sub aspectu non cadunt , at videntur animis , esse certissima , & sine fine mansura . His ille concionibus , his studijs , his laboribus tenebatur , quorum vnuis è multis est ille fructus , quod errores euertit , vitia expulit , scelerata extirpavit , ignorantiam perculit , & abiecit , hereses profligauit , Christi nomen , & gloriam longè , lateque diffudit , Deoque nomen dare vel ipsos Christi hostes compulit , & induxit . Quis enim vnuquam tametsi disertus , & eloquens pro dignitate recenseat , quantum ille in Gallijs , alijsque Terrarum locis effecerit ; addo etiam , quantum profecerit , cum Didaco illi Tolosa , Pastori optimo , & integerrimo in euentenis Albingensem sectis , atque erroribus comitem se dedit , ministrum , ut aiebat ipse . nos autem veriori titulo dicemus Duxsem ? atque in eo negotio non dies , non menses , sed annos , lustra , septennium integrum laborauit ? Quis vnuquam eo plures fidei desertorum Myriadas ab opinionibus prauis abduxit , ab erroribus auocauit , flagitorum osores fecit , & ad veram Christi gloriam , lucemque perduxit ? Quis porro

# CHRISTOPHORI FINOTTI

in subeundis periculis excellentiori animi magnitudine, atquè præstantia? Quis fidetiori, ac firmiori pectore in perferendis? quis in hostibus euincendis, ac debellandis laudabiliori constantia? quis tetricora vñquam monstra expugnauit? quis certamina difficultiora sustinuit? quis pulchriores, honestiores, optatores victorias adeptus est? quis animosiori mente, latioribus oculis, sereniore vultu, singulis propè diebus, horis, ac momentis progressus ad mottem? Incredibile videri posset Auditores, quod semel illi contigisse, litterarum monumentis mandatum est, & tamen nihil forsitan perinde uerum. Auribus attentis excipite. Cum sanctissimus Dei Minister Dominicus diu, noctuque lucrandis animabus nauaret operam, nec ab eo opere ullis vñquam posset improborum minis, atque insidijs deterreti, in eos ipsos inopinatò incidit, qui sibi necesse, & interitum iampridè machinabantur. Rogatus verò, quid fáceret, si deprehensio manus inferre vellent; preceperit vos, inquit, nè uno me istu confoderetis, sed membratim mutilantes, ea ipsa carnium frusta mihi enuméranda ante oculos poneretis, mox in ipsos oculos sanguiretis, eosq; attociter effoderetis; tum deniq; ubi meo

meo me diu sanguine volutassem , reliqui  
 quicquid esset mei , dilaniantes pro Chri-  
 sti nomine extingueretis . O audaciam ani-  
 mi singularem . O cōstantiam incredibilem .  
 O fortitudinem nullis vñquam hominū fa-  
 cinoribus exequandam . At hercē nil mirū,  
 quod corporis ipsius periculo tantum au-  
 deret ad Christianam Religionem tuendā  
 Diuus Dominicus , cui omnem periculi me-  
 tum , ac mortis auferebat nobilitas causæ ,  
 & spes certa victoriæ ; quod verendum non  
 esset , quin vinceret ille , pro quo Deus sta-  
 bat , & qui pro Deo fortissime , & constan-  
 tissime dimicabat . Erat enim eo Vir inge-  
 nio , tantaque animi celsitudine , vt quod  
 alij culmen , ac fastigium putarent esse rei  
 benefactæ , eo ipse quasi solo , ac fundamen-  
 to vteretur , ad nouam quandam benefacto-  
 rum , vt ita dicam , ædificationem . Itaque  
 cum alios propemodum vicisset omnes , se-  
 cum ipse certabat quotidie , vt ijs in rebus ,  
 quæ pertinerent ad pulchritudinem , orna-  
 tumquè religionis , nihil putaret actum ,  
 cum restaret adhuc aliquid peragendum .  
 Neque id immeritò . Causam enim uero  
 Dei agebat , in qua nemo non laborat pa-  
 rum , etiam is , qui plus laborare non po-  
 test . Laborabat autem ille plurimū , nec sine

**CHRISTOPHORI FINOTTI**  
maximo fructu. Quid autem ego hoc faciam loco? numeremnè omnia, quibus veluti argumentis summam ille in Deum pietatem expressam reliquit? conari hoc velle audacis esset, recipere impudentis. Quid enim, oro vos, Auditores audacius, quam profiteri aliquem dicturum se id, quod ne suspitione quidem possit attingere? quid impudentius, quam sperare dicendo assequi, quod omnem superat cogitationem? Spiritu, spiritu maximè, & veritate Dominicus Deum venerabatur, qui Spiritus est, & qui ea præcipue, quæ intima sunt in hominē, demiratur, & amat. Itaque in omni officio Christiano, à quo nè latum quidem digitum recedebat, nihil magis verebatur, quam nè ostentationi videretur tribuere, quod soli Deo tribuebat, eoque ipso, quo veram sibi gloriam, solidamque parabat, quæ habetur in Cœlis, ventosam istam venari, & inanem videretur, cui vulgo omnes velificantur. Quanquam verò nihil appetens vanæ huius gloriolæ, quæ præclara, laudabiliaquè gerebat, quantum ipse poterat, silentio, umbris, tenebris occultabat diligenter, & opprimebat, nè lucem viderent omnia, atque eminerent, embebant nihilominus multa, & quemadmodum

dum Solis radij ex obiectis , atque opposit is nubibus emicabant. Eam credo ob causam , quod quemadmodum ignis natura quadam virtute locum insimuni deserit , ac sublimioreni infra Cœli ambitum petit , ita etiam sua sponte recte factorum splendor lucem adit . Ex hoc genere dixeris illa ad Christianam Reimpùblicam propagandam . Sæpe à Deo transfugas non modo verborum disputationibus , sed miraculorum prodigijs profligasse . E multis vnicum recensebo . Ad Fanum Louis de rebus grauissimis certamen erat cū hoste ; fortè non fugit . Cum ille , quid verbis certamus , inquit , ad doctrinæ thesseram veniamus . Concipiamus utrinque nostra dogmata libellis conscriptis , & igni experiamur . Cuius è flamma liber euaserit , bonus esto , qui flamam non sustinuerit , esto malus . Placet conditio ; ita quisque bonam se causam habere putabat , pro qua starent etiam veritatis amantes Diij . Ex condito designat utrumque librum , manu conscribit , statoque die in forum defert . Rogus accenditur , pleuoque conuentu utriusque scriptum in ardorem pyram coniicitur . Illico flamma depascentis ignis exuritur hostium liber , ac Diui Dominici semel , bis , tertio iniectus

M 3 liber

CHRISTOPHORI FINOTTI  
liber illæsus exiliit. O glorioſam, & maiorē  
omni laude victoriā. O triumphū perpetua  
recordatione, memoriaq; dignissimū. Quā-  
quam triumpho, & gloria tu longè es glo-  
riosior, digniorq; Dominice, qui nouo pre-  
liandi genere instructissimus, non ene, non  
telo, nō iaculis, sed verbo Dei, quod est gla-  
dius animæ, ut aiebat Paulus, præstantiore  
omni triumpho victoram reportasti. Non  
enim ſolum vinceras hostes, ſed vinciebas  
obsequijs, studijs, & amoribus ſic, ut mira-  
cū volupte, & gaudio manus darēt, quòd  
effe videretur glorioſiſſimū abſ te vinci, cū  
tamen vincere nemo non existimet glorio-  
ſum. Hinc te uno Imperatore tot hominum  
millia. ſupra centum Christo Seruatori no-  
men dediffe, ac militari velut ſacramento ſe  
obligaffe. Hinc maximas illas regiones, &  
Prouincias Hispaniam, Galliam, & omnem  
Italiam te Duce, & hortatore omni fere la-  
be purgatas, multò meliorē ad frugem re-  
uertiffe. Hinc innumerabiles penè cœtus  
tuis gressibus, ac veltigijs in Dei cultura,  
vineæ pedissequos adhēſiffe. Sic enim existi-  
mabas Dominicē, non abſ te tantum, dum  
viueres, pro Christi nomine laborandum,  
verum etiam alios in eam rem ſocios, ac co-  
mites adſcendos, itemquè post obitū, ſi  
con-

contingeret, ut erat necesse, sacrosanctæ Christianæ fidei augustos tubicines relinquendos. Vide verò, an hoc ipsum præstiteris, qui tuā Sacroru[m] Prædicatorum familiā & collegieris, & collectam per totum Orbē ad illucendū disperseris; nēpe velut radios Solis, qui cū à Sole fluant, eandem cū Sole vim lucis habent. Et illuxit quidē iam multo ante Dominici Institutoris Familia Auditores, atq[ue] ita illuxit, ut ad nos quoq[ue] magnam splendoris partē per traduces velut quosdā transmisserit. Quorsum enim repetā primos illos Dominicanæ Familiæ Imperatores sanctissimos Iacynthos, Reginaldos, Consaluos, Petros, Raimundos, atq[ue] id genus sexcentos? Quorsum prædicem, quid hi ipsi Dominico Authore, ac Duce magno animo fecerint, quid forti pertulerint, dū Christū Dei sapientiā emulātur, & docēt? Quorsum enumerem mirabilia multa, quorū nihil fieri poterat sine Diuinæ ostētatione virtutis, continentex ab ijs patrata, cū ab egrotorum corporibus morbos depellebant, ab obsessorum animis Dæmones exturbabant, ex aquis sicco pēde instantes pallio enatabāt, & ipsos etiam ab Inferis mortuos diuinatus excitabant. Nimirum hoc esset vele Dominicum mutuatis aliundē laniibus

# CHRISTOPHORI FINOTTI

conuictore, quāsi ipse cāteret suis. Quantum  
quam & illæ videri possunt ipsius laudes,  
eos Christo homines Dominicum peperisse,  
qui Dei causam & libenter suscipērent,  
& susceptam nulla non laude tractarent.  
Num enim putas parum commendati Pa-  
rentem Sanctissimum, qui eum intet pri-  
mos Christo genuerit, nostra memoria in-  
ter Cœlites cooptatum Cracouensem Ia-  
cynthum? Cuius quanta esset innocentia,  
vitæque integritas, vt mittam cetera, testa-  
tur hœvnum, quod illi semel oranti ipsam  
Dei Parentem, Virginem Beatissimam vi-  
sam esse, lætoquæ ore sic allocutam ferunt.  
Lætare Fili Iacynthe, tuæ sunt enim preees  
gratissime Filio meo. Ex quo ille interdum  
nihil se vaquam à Deo petiisse, quod con-  
festim non impetrasset, piè, sancteque glo-  
riabatur. O hominem in Terris fortunatissi-  
mum. O Parente Dominico dignissimum  
filium. At quid de Vincentio dicam? eo  
scilicet, qui Valentinæ in Urbe præclarissima,  
Ferrariorū Familia nobilissinia, & amplis-  
simis parentibus natus, linguarum dono  
multipli, velut olim Apostoli, insigni-  
tus, ad Hispaniæ, Italiae, Galliæque Oras  
appulit florentissimas, & alias longè re-  
motiores, vt Dei cultum quam latissimè  
Chri-

Christi nomen, & normam viuendi optimam disseminaret? Praeclarum est certè Auditores, nec omissendum, quod singulariter hoc homine legitur. Cum Diuinæ Fidei etenim lyræ (appellari enim sic potest) è sacro illo pectoris penetrali, scientissimam vocem emitteret, & ex aureo illo vase, argento, e boreaque distincto suauissimum vnguentum, Iesu illud nomen Sanctissimum, quod coram Gentibus, Populis, ac Regibus portandum erat, effunderet, artonitas hæsisce hominum nientes, & permultos, quid permultos? innumerabiles dulci illo carmine delinitos, ad eum se Duce applicuisse, & Christo Domino nomen dedisse; cuius ille honestissimum testimonium vel sanguine cuiuis, ac morte praestandum esse denunciabat. O Diuinæ vim eloquentiam incredibilem. O Cœli Fidicinem suauissimum, hoc meliorum, quo veriorem Orpheo. Sed quid haec persequor Auditores? Dies me deficeret, sensus, & latera, si quoscunque celeberrima Prædicatorum Familia viros habuit integrimos, Parentisque Dominici Sectatores Sanctissimos, eos ego vellem nominibus recensere, ne dum laudibus exornare. Sit ergo illud infixum animis, vestram dignum recordatione, è tanto, tamquam sublimi

CHRISTOPHORI FINOTTI

blimi Sole , hoc est, Dominico radios pro-  
dijisse complures , qui eius cum fœcundita-  
te coniunctam lucem , iubarquè aureū osten-  
tarent. Nunc quid de calore ? est enim istud  
in Sole tertium , vt non solum nihil sit eo  
pulchrius, & nihil vtilius, verum etiam nī-  
hil reperiri possit ardentius . Itaque vt mi-  
rificè recreamur ipsius luce, ac fructu, eāque  
ob causam ingentes ei licet nō sentienti gra-  
tias agimus, ita & ardore ipso interdū Solis,  
velut aqua igne, incalescimus. Absoluā bre-  
ui Auditores Amplissimi , & quæ infinita se-  
mihi offerunt in hoc genere de Dominico  
prædicāda, ad vñū ego duntaxat facinus lō-  
gè maximū reuocabo . Nam quid hic repe-  
tā, quo æstu ille charitatis, & ardore flagra-  
ret, qua pietate Deū coleret , qua homines  
subleuaret? Quid enumerem singularia illa  
eius humanitatis, ac beneficetiæ signa, quæ  
ad perennem sui nominis famam, nullo vñ-  
quam tempore obliterandam reliquit ?  
Quid dicam, quot ille puellarum agmina ,  
Virginum cœtus, Viduarum greges , ægro-  
rum examina , Orborum manus , inopum  
classes , mortuorum turbas sustulit , leua-  
uit , erexit ? In vastum Auditores Ocea-  
num , atquè immensum ingredieremur, vñ-  
de egredi, & arduum nimis, & forte pericu-  
losum.

Iosum. Contahenda sunt vela; nectarium  
mihi æquoris enatandum. Valeat, oro, illud,  
quod dixisse Antimachum Clarium.  
Poetam forunt, qui cum conubatae multi-  
tudini legeret volumen illud prolixum  
suum, quod iam prouerbij locum propter  
longitudinem obtinet, ac desertus esset ab  
omnibus; præterquam ab uno Platone, le-  
gam tamen, dixisse fertur, unus enim est mi-  
hi Plato instar multorum millium. Hoc  
inquam in præsentia non audientibus dictum,  
sed dicendæ materia adaptemus; & quan-  
do non caremus audientia, sed infinita pe-  
nè rerum multitudine, copiaque obruimur  
de Dominico, una sit res mihi, vobisque  
pro mille. Decentabat acerrimè Tolosam  
prope anno undecimo, & ducentesimo su-  
pra mille pro Christiana Republica Simon  
Montisfortis Comes. Fregerat sèpe diuina  
ope, tumultuates perditorum hostium impe-  
tus egregius Imperator, pedites fuderat, e-  
quites profligarat, vicos incéderat, oppida  
deuastarat, Vrbes cepérat, atque expugna-  
rat; & una excepta Toloæ Vrbe, qua im-  
piorum hominum asylum erat, reliqua  
suam iam erant in potestatem, & ius reda-  
cta. Castris ergò ad Vrbem positis, obsedio-  
ne vallatur Ciuitas: cum interim magnum  
quid

CHRISTOPHORI FINOTTI  
quid accidit pro Dei gloria, Patrisquè Do-  
minici. Aduentabat è Britannia piorum  
hominum multitudo circiter quadraginta  
Gallecos adeuntium, ad Iacobi reliquias  
Apostoli Sanctissimi più veneratione cole-  
das. His verò, nam rectum hoc erat iter,  
Tolosa Vrbe transiendum. At cùm dete-  
stationibus illa Ciuitas, execrationibus,  
sacrisque alijs Catholicorum censuris deti-  
neretur implicita, veriti eò ingredi, quasi  
graue quoddam piaculum admissuri, de-  
diuertendo prouide cogitarunt. Tranan-  
dum est ergò flumen, nám istud recens con-  
filiū, sed exigua cymba, & parum firma;  
quam vbi consendissent omnes, & aluei  
medium iam tenerent, reflante vento, &  
fluvio æstuante periclitantur miseri, vita  
discrimen subeunt, & quod longè peius,  
naufragium faciunt. Cymba enim subuerti-  
tur, & ad ima homines demerguntur. Illi-  
cò magnus clamor in littore cōfidentium,  
plurima miseratio, profusa lacrymæ, quam  
maximi eiulatus; id enim euenerat sub ocu-  
los plurimorum. At verò tum temporis in  
crypta parum distanti delitebat Dominici-  
tus, assiduis Deum precibus, votisquè ob-  
testans, vt animarum saluti, Christi fide-  
lium gloriam, totiquè adeo Ecclesię proni-  
deret.

deret. Ille vbi gentium clamorem, fletum-  
què exaudiit, erupit illicò, quid rei hoc  
esset, inspecturus. Factum exponitur, nouæ  
cymbæ subuersio, & inopina submersio mi-  
serorum. Illachrymauit re audita Dominicus,  
seque rursus in specum conferens, ex-  
pansis in crucem manibus, Deum cepit pre-  
cationibus obtestari, ut qui vitam ijs prius  
quam mergerentur, seruare potuisset, ean-  
dem tunc extincis; & amnè obrutis pien-  
tissimè redderet. Non diu oratum. Ad flu-  
men itur, & qua in parte demersa esset na-  
uis, rogatur. Digito commonstratur à mul-  
tis. Tuni ille Deo plenus, sic enim existi-  
mandum, per Deum vos appello, inquit,  
prodite mortui sine mora, & littora conue-  
nite. O rem mirandam. Crederes diui-  
num imperium. Actutum ij emergunt flu-  
vio, ex aquis attollunt caput, placide vn-  
das tranant, dum ad littus appellūt. Deum  
Immortalem, quid tam nouum ab Orbe  
condito? Quid tam inusitatum, atque inau-  
ditum ab omni sèculo? Quadraginta mor-  
tuorum ab Inferis vna vice excitator Do-  
minicus? Commendat Ecclesia, summis  
què laudibus extollit Martinum Turonen-  
sem Episcopum, trium videlicet mortuo-  
rum excitatorem magnificum. Nempe di-  
uinum

**CHRISTOPHORI FINOTTI**

uinum opus. Eodem nomine magna multis tributa laus, quod binos certe, vel adsuminium tres ab Inferis reuocarint ad vitam. Quanta igitur laude donari debet Dominicus, quem vnum vno tempore, tot saluti hominum vita redditam consuluisse & scimus, & prædicamus? Profectò hoc illud est Auditores, quod Christus aiebat ipse. Dei amatores, bonosquè viros non quicunque solum is faceret, effecturos, sed alia longè plura, multoquè maiora. At enim tres à Christo excitatos ab Inferis mortuos, à Dōminico virtute Christi suspicimus quadraginta. O Virum igitur admirabilēm. O Parentem sanctissimum, verèquè Parentem, qui non solum homines pareret Christo, sed etiā Mundo. Sed quorsum plura? Vereidum est luce obruī Auditores, si dūtius Solem inspiciamus. Fixum ergo iniiciāmus aspectui, ipsumq̄tē vtrō demittamus obtutum. Nempe si non iucundius, salubrius tamen est parum audere, nē nimis dum audeas, Phaetonis instar, aut Icari pœnas impudentiæ luas. Sit igitur Dominice hoc extreñum. quoniam in Terris Diuinum te nobis Solem præbuisti, de Cœlo etiam ubi nunc es, partem aliquam splendoris effundas.

das. Luceat lux illa tua, quæso Domini-  
ce, auro pulchrior, & splendidior Sole in-  
omni Terrarum Orbe; ut quoniam ab Im-  
mortali Deo datus es nobis Illustrator, &  
Dux, tuæ fulgore doctrinæ, & radiis pie-  
tatis, & in præsens fruamur, & in perpe-  
tuum gloriemur. Dux,



DE LAVDIBVS  
ARISTOTELIS,  
**CVM PRIMO COEPISSET**  
*Author Artem eius Poeticam  
interpretari. Oratio.*



Ristoteli Poetica.  
Leuis fortasse numero verborum  
inscriptio, rerum  
tamē pondere  
planē grauis. Con  
tinet enim plus  
quam breui, &  
concisa periodo,  
quā Aristotelis Philosophorum doctissimi,  
quā Poeticæ facultatis pulcherrimæ lauda  
tionem, Amplam sane, uberrimamque  
materiam, & omni prorsus dictionis gene  
re, omnī eloquentiæ facultate longe ma  
jorem. Quis enim Auditores, ex omni ho  
minum numero vel disertus in primis, &  
eloquens, atque omnibus facundiæ orna  
mentis, & numeris absolutus, fulgentem  
illum

illum credat doctrinarum, atquè optimarum artium Solem, Aristotelem, omnium Parentem, ac Ducem Philosophorum intelligo, iustis euehere laudibus, & pro dignitate meritorū cōmendare laudabiliter posse? Quis etiā omisso, si libet, prodigioso illo, & plusquam admirabili, fari sic liceat, disciplinarū monstro, cui satis laudādo vix vlla sufficere posset disertissimorū Oratorū oratio, posse tamen se arbitretur Paren-tem illam Philosophiæ, bonarum altricem litterarum, custodemq; scientiarū Poeticā, à cuius splendore, ac lumine non secus, atq; ab uno illo reliquorū moderatore syderū in Terras, omnis lux, omne decus, omnis or natus emanat in splendidas illas artes, quæ sole instruere anlmū hominis, ac perficere possunt, tam liberalē inquam, tam magnificā Domīnā, & quasi Reginā doctrinarum dignis extollere laudibus, & pro suo mune-re, ac debito in Cēlū ipsū inuehere, ac velut Deam diuinis quodāmodo Numinibus im niscere? Magnū opus vtrumq; est Auditores, & multò etiā maius, quām quod vetus ille Poeta bonus, nescio de quo homine præ dicabat, cuius rei gratia,

*Multa tulit, fecitq; puer, sudauit, & arsit.*

Credo ego quidē loquebatur de sapiētia, de

N

summo

CHRISTOPHORI FINOTTI

summo illo animorum bono , cui parando  
opus est nō diei vnius, non mensis labor, nō  
anni , sed multorum temporum, & annorū  
assidua studia, sollicitudines, curæ, vigiliæ;  
quod ut aiebat Vates quam lepidissimus .

*Non datur ad Musas currere lata via.*

Musarū autē nomine quid putatis intelli-  
gi, nisi diuinis illas doctrinarum artes, eam  
rerū omniū humānarū , & diuinarū cogni-  
tionem, ea probitatis, virtutis, & sapientiæ  
ornamenta, quibus , vt existimabat diuinis  
ille ingenij frugibus abundans Plato, diui-  
num propè genuit hominum , ad Deum  
accedens proximè Maximum , Optimum ,  
qui vnius Parens est omnium sapietissimus,  
Est igitur ardua Auditores assequendæ vir-  
tutis via, laboriosum in primis iter.

*Difficilemque aditum primò spectantibus offert;*

*Sed requiem praebet fessis in vertice summo,*

Quæ spes sanè optima, & iucundissima tan-  
tum sæpe valet in homine , vt difficillima,  
quæque aggrediatur libenter; nec desint ple-  
riique , qui arduum illum callem spinarum,  
ac dumorum aculeis hinc inde consitum, ac  
refertum, audaciissimè persequantur , quo-  
tandem cæcumen illud molle , ac delicatū,  
vt dicebat Hesiodus , sapientiæ nimirum,  
gloriam assequantur. Et profectò assequun-  
tur

tur ex nostris, atque ex veteribus sunt assē-  
cuti non pauci. E quorum numero Solon,  
ille, Thales, Socrates, Plato, Xenophon,  
Aristoteles, alij Philosophorum clarissimi,  
& sapientissimi, qui eandem nobis exemplo  
suo spem optatissimam reliquerunt; nempe  
militibus Duces optimi, atque Auditori-  
bus Magistri doctissimi. Ut omnino despe-  
randum nequaquam sit Auditores, si labo-  
res, vigilias, studia omni animorum con-  
tentione suscipiamus, ad eam litterarum,  
& sapientiae metam, ad quam illi facile per-  
penerunt, nos etiam exiguo tandem negotio  
perueniamus. Et perueniemus Deo dan-  
te celeriter, si quā illi preserunt quasi an-  
tesignani, ac signiferi viam, eorum nos ve-  
stigijs insistendo, libenter prememus, & la-  
borem, ut ita dicam, labore vincemus. Ma-  
gnum quid est, mihi credite Auditores, ar-  
duis in rebus auspiciem, ac Ducem habere.  
Pars est magna solatij, ac futurae victoriae,  
praeuentem Imperatorem in bello sequi. An  
ignoratis grauem illam, & animosam Teu-  
cri Ducis ex Telamone filij ad socios labo-  
rum, & periculorum comites hortationē?  
Euersa ille Troja post longam pugnam de-  
cennij, reuertebatur in Patriam, cum de fra-  
tris cæde, Aiacis nomine, qui peremptus

N a erat

CHRISTOPHORI FINOTTI  
erat in acie, falsam venit in suspicionem  
Parenti. Ergò non receptus, sed electus à  
Patre in Cyprum enauigauit;  
*Sic tristes affatus amicos, vt cecinit Lyri-*  
*corum ille carminum scriptor Flaccus.*

*Ibimus ò socij, comitesque;*

*Nil desperandum Teucro Duce, & auspice Teucro.*  
Ita verò cur non ego vobis, Adolescentes  
quotquot hìc adestis ingenui, sperandi oc-  
casione planè magnam proponam, vobis  
commodam, familiæ gloriosem, rei priua-  
tæ, ac publicæ saluberrimam, vt aliquando  
præstantissimum Dei Præpotentis donum,  
sapientiam scilicet consequamini; si quam  
vobis tot signiferi, tot Imperatores, tot  
Duces, nulli parcentes viarum incommo-  
do, nulli periculorum discrimini, nullis  
siue noctium, siue dierum vigilijs, viam  
præuiam, facilem, accessu non incommo-  
dam reliquerunt, eandem vos etiam vestræ  
ipsorum dignitatis, & gloriæ cupidissimi  
intento cursu, & auido prosequamini? Vul-  
tis, ostendam vobis id, quod mea sententia,  
vt dicebā initio, longè videtur difficillimū,  
& omnem cuiusque superare conatum elo-  
quentiæ, laboris, ingenij? Sapientium viro-  
rum, & doctrinarum, atq; in primis Aristoteli-  
sis, & Poeticæ dignam facere laudationē.

Cur

Cur ita? quod ceterarum rerum est modus aliquis, laudes vero tam præstantis, tam egregiae facultatis, tanti, tamq; excellentis Philosophi sine modo. Ut profecto quod vetus illa sapientis cuiusdam è numero Gracorū septem littera prænotabat, *Est modus in reb.* in alijs locum vel habeat, vel saltem habere debeat, in laudibus autem Poeticæ, & Aristotelis habere non possit. Innum erabiles eæ sunt Auditores, immensæ propemodum, infinitæ; ut multò mihi sit difficilius eas quamlibet longa oratione cursim perstringere, quam ut sic dicam, ipsa Cœlorum sydera, quæ omni carent numero, suis nominibus singula recensere. Et vtraque tamen res hæc, hoc nobis altera, altera proximo præstanda est die; ut aliquam videlicet laudem commemorationem tam insignis Philosophi, & tam eximia facultatis suscipiamus. Ita profecto videbimus nostro facere satis officio, & quod à nobis nostri munieris partes exigunt, aliqua saltem ex parte absoluemus. Verum nolite credere Auditores, me longo niniis, atq; ornato verbo rum splendoribus, ac sententiarū luminibus sermone usurum esse, quam polliceri in grauioribus suis declamationibus Rhetores solent. Nequaquam Auditores. Memi-

N . 3      ni, quid

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**  
ni, quid acciderit Ctesophoti Viro illi apud  
Lacones loquaci, qui se profitebatur quauis  
de re totum eloqui diem posse. Suscepserat  
aliquando apud populum laudationem  
Homeri, eius scilicet, quo Alexander Ma-  
gnus ille Imperator Macedonu præter mo-  
dum delectatus sic est, ut eum ad verbum  
planè didicerit, ac dormiens etiam cerui-  
cali suppositum semper habuerit; eumque  
aliquando summum virtutis præconiem, in-  
terdum poetam *βοσιλικόν*, hoc est, regium  
appellarit; cuius carmina nō ad cytharam,  
vt aliorum, sed ad tubam potius cañenda  
essent. Huius inquam Poetæ, nullo recla-  
mante Poetaruni omnium Principis, cuius  
maluisset egregius Imperator Thersites esse,  
quam Cherilli Achilles, pollicebatur popu-  
lo singulare præconium Ctesophon loqua-  
cissimus; iamque illud cäperat recitare, cū  
illi multani dixerunt. Ephori duplii no-  
mine; tum quia propriam eius gentis bre-  
uiloquentiam contemnere videbatur, tum  
quia inani in re, atque superuacanea tem-  
pus, & operam absuriebat. Cur enim tam  
prolixè, tam studiosè, tam copiosè lauda-  
ret hominem, quē sius ipsius laudibus com-  
mendatum nemo vñquani ausit vituperare?  
Ita vero, & mihi metuo, si nimius sim in-

Ari-

Aristotele commendando, nè multæ loco,  
quando hæc pro vestra benignitate ex hoc  
loco dicenti nemini dicitur, imprudentia  
vitium, atque insanæ obijciatur; quod si-  
ne causa in re certissima, nulli dubia, tan-  
quam Sole clarissima diu contendam, ve-  
stra sanè aliqua cum molestia. Itaque ut no-  
tari istam, & reprehensionem iudiciorum  
vestrorum effugiant, ita me in laudum Ari-  
stotelis explicatione hodierna die tracta-  
bo, ut neque omnia dicam, quæ causæ deser-  
uiunt, neque omnia prætermittam. Vos in-  
terim istud agite Auditores, quæcumque à  
me non ponentur in oratione, ea vos taci-  
ti mentibus vestris subiçite; & quarum re-  
rum quasi capita cùtsim, breuiterquè attin-  
gat, ac si in formula, & carmine præirent  
voce, eas animo excipientes, reliqua assen-  
su vestro, & cogitatione prosequimini. Vn-  
de verò in te ornando, & laudando, quæ  
minus tam multis presentibus reprehendar  
ipse, incipiam Aristoteles? An à Patria,  
Genere, & Parentibus, ut fieri solet in lau-  
dationibus? Hæc certè talia sunt, vt cùm  
ipsa magnam tibi attulerint laudem, tum  
verò eam abs te acceperint non minorem.  
Natus est enim Auditores in Græcia, in ea  
videlicet officina doctissimorum Virorum,

N 4 &amp; de-

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T**  
& doctrinarum pulcherrima, in ea virtutum, & sapientiae luce clarissima, in ea Parentis morum, ac legum Philosophiae repertrice diligentissima, non modo singulare decus Græciæ, sed eximum Orbis Terræ ornamentum Aristoteles. Et in Urbe natus est primò quidem obscura, & ignobilis, cui Stagira nomen; quam tamen penè dirutam, atque euersam, quisquis ille fuerit gratissimus Imperator, siue Alexander Philippi filius, siue Alexandri Philippus Parens, gratum facturus magistro Aristoteli, restaurari iussit, magnificèque ornari. Genere natus est perantiquo, & nobili. Quippe Gentilis eius Aesculapius ille, qui apud Etnicos habitus est in medicinae Deus, commemoratur. Parens vero Nicomachus & ipsæ artis medendi peritissimus. qui Amyntæ primum vito prudentissimo, & imperatorijs virtutibus ornatisimo, & post eum Perdicæ Imperatori Macedonum strenuissimo insignem nauauit operam, & quantum valeret virtute sua, caranidis ægris corporibus insigniter demonstrauit. Sed non nititur maiorum meritis Aristoteles. Talis enim ipse, ac tantus fuit, ut etiam si præclara generis ornamenta defuisseint, summum ipse generi ornamentum

mentum afferre posset, & suarum splendore virtutum lucem ferre maioribus etiam obscurissimis, Quid igitur hoc omisso dicimus? bonanè corporis, atq; oris uenustatè profetemus? Nolo ad gratiā loqui Auditores. Ore parum decenti erat, atque ornato sed tantò ornatior, ac decētior animo Aristoteles. Nimirū nōstis non perinde referre, quām aspectu quispiam venustus sit, quām mente formosus. Formam Botisthenites ille Bion Philosophorum non vltimus, bonum alienum dicebat esse; quòd homo illud sibi nec dare posset, nec tueri datum. Eandem Theocritus detrimētum ebūnū appellabat, quòd grata quidē illa esset aspectui, sed incommodorum multorū causa. Socrates exigui tyrannidem temporis nominabat, quòd vix enata illicò deflorescat. Theophrastus silentem fraudem, Carnades sine satellitio regnum, Zenō vocis florē, Diogenes malum bonum, Aristoteles ipse caducum donum. Nullum est ergò decus Aristoteli, quòd corpore parum venuſto, atq; ornato natus sit. Quamquam enim corpus dici soleat animæ domicilium, tamē illud regium Agesilai responsum, non locū viris, sed viros loco conciliare dignitatem, & hūc facere videtur potissimum,

yt non

# CHRISTOPHORI FINOTTI

vt non corpus animo', sed animus corpori  
afferre debeat ornamentum. Atque attulit  
quidem plurimum, parum pulchro Aristoteli  
corpori, Aristotelis longè pulcherri-  
mus animus. Qui bonitate quadam naturę,  
atque ingenij abundantia tantum ualuit,  
ut parua ipse contentionē & ingeniosos di-  
ligentia vinceret, & ingenio diligentēs, &  
studiorum quorumque conatum in pa-  
randis virtutibus quādā longissimē supera-  
ret. Verum ego in præstantissimis eius ani-  
mi dotibus, quas potissimum delibabo ut  
magis prædicandas, quas etiam in hisce an-  
gustijs temporum minore iactura præteri-  
bo? Nimirum hoc illud est Auditores,  
quod à sapientibus viris non semel acce-  
pi, eque arduum, ac difficile esse, laudare  
hominem, in quo multæ sunt laudes, at-  
que illum, in quo nullæ; quod in isto  
res ipsæ orationi deesse, in altero rebus  
ipsis deesse videatur oratio. Perstrin-  
gannē paucis ipsius initia discendi,  
& puerilem educationem? Sed ve-  
reor, nè si dicam id, quod res est, vi-  
dear multa quidem veritati tribuere,  
sed multò plura benevolentiae. Profectò  
negare non possum, benè me velle tan-  
to, tamquæ insigni Philosopho, de uiris do-  
ctis, &

Etis, & doctrinis omnibus optimè merito ;  
 quo Duce , & adiutore in ediscendis scien-  
 tijs & sumi v̄sus, & vtor. At nolite putare vi-  
 amoris inductum imposturam me facere in  
 laude laudatissimi hominis, in hoc præser-  
 tim loco augustissimo , in confessu tam no-  
 bili , apud vos veritatis æquissimos Iudi-  
 ces. Vera dicam Auditores, & Solis Iumi-  
 ne clariota . Athenas profectus adolescentis  
 ad celebre illud nempe doctrinarum Empo-  
 rium , atque ut hac v̄tar voce , Orbis Terræ  
 Musæum , Platonii Philosopho natura præ-  
 stanti, ac verè Diuino operam dedit . Culus  
 disciplina viginti ferè annorum spatio tanta  
 cum admiratione Magistri , & condisci-  
 pulorum inuidia v̄sus est, vt ab eo nullō ve-  
 riori vocabulo, quam mens ipsa gymnasij  
 appellaretur. Et verò gloriati poterat tan-  
 to præceptore discipulus, at non minus tan-  
 to poterat discipulo letari , atque exultare  
 præceptor. Hunc ille ut filium magnoperè  
 diligebat , à quo etiam ille ut Parentis sum-  
 moperè colebatur . Admirabatur enim vir  
 omniò admirabilis excellentissimum ado-  
 lescentis ingenium, eique volens, ac libens  
 rectam, ac breuem, quæ ad rerum omnium  
 intelligentiam faceret , viam monstrabat ,  
 quo sua eum natura , mentisq; impetus ad-  
 ducebatur.

CHRISTOPHORI FINOTTI  
ducebat. Doctrinam ergò, ac disciplinam  
Platonis edidicit Aristoteles, quam deinde  
multò meliorem, & ampliorem reddidit,  
& tanquam bonus hæres patrimonium ac-  
ceptum non modò seruauit, sed purgatum,  
ac perpolitum multò maximè amplificauit.  
Ingenij enim acumine inferior nullo, gra-  
uitate iudicij parem naçtus neminem, va-  
riete scriptorum; atque præstantia vbe-  
rior fuit cunctis, atque illustrior. Floruit  
ille postmodum, cum è discipulo cœpit es-  
se Magister, & quam sacra ingenij cellula  
scientiarum mercem, pénumpquè posuerat,  
exponere tandem cœpit oculis omnium, at-  
què animis liberaliter impertiri. Floruit in  
quām multitudine, & nobilitate discipulo-  
rum Aristoteles, è quibus vnus est Alexan-  
der Macedonum Rex Inuictissimus, quo ex  
Olympiade genito, Philippus Parens gau-  
dere se multum dixit, non tam quòd filium  
genuisset, quām quòd eo tempore genuisset,  
quo Præceptor illi Aristoteles contigisset.  
Itaque legationem ad eum misit ortum filij  
denuncians, atque in eius cura, & diligen-  
tia totam erudiendi, atq; ad imperium in-  
struendi adolescentis spem locans, præmijs  
illum longè honestissimis, atque amplissi-  
mis in Macedoniam accersiuit. Cuius ille  
optimi

optimi Principis voluntati , atque in uitationi obtemperans in Regiam venit, Principe filium erudiendum suscepit , & annis ferè decem Philosophicis institutis , ac legibus informauit . Nolo dicere , quæ fecit eo tempore Aristoteles , quæ cogitauit , quæ illum edocuit , quæ , & quanta in gratiam eius scripsit , quæ doctissimè explicauit , quæ disertissimè composuit . Prætermittenda hęc necessariò mihi sunt omnia , vt seruem certum aliquem & laudandi , & dicendi modum . Quamquam difficile est admodum seruare modum dicendi in ijs laudibus , quæ modum omnem superauerunt . At enim præterquamquod tantam ille semper in dicendo , scribendoquę industriam , & orationis suavitatem adhibuit , vt nē verbum quidem ullum frustra , aut parum recte usurparit , & nemo Græcorum figuris , & verbis Græcis accommodatius , magisq; propriè vti potuerit , vt non sine causa aureum eloquentiæ flumen ex eius ore fluere diceretur , vniuersam ille philosophiam tum naturalem , tum diuinam , & ad mores etiam pertinentem diligentissimè omnium ; vt mihi quidem videtur , accuratissimequę perscripsit : vt non abs re dicendi bonus ille Magister Fabius dubitarit ,

an

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**  
an scientia rerum , an scriptorum copia ;  
an eloquendi suavitate, an inventionis acu-  
mine, an potius operum uarietate Aristote-  
lem iudicet clariorem . Etenim praeter eos  
libros, & volumina , quae nunc quoque te-  
runtur studiosorum manibus , & rapiunt  
ad se animos omnium , studiaque conuer-  
tunt, alia reliquit pleraque Aristoteles in-  
genij sui, doctrinæ , & elegantia monumen-  
ta , quæ vel incuria hominum , vel iniuria  
temporum magno cum litterarum , atque  
Orbis detimento perierunt . Ut ne mo sit  
alius in numero hominum , cui plus de-  
beant aliqui ob eam, quam acceperint como-  
di alicuius utilitatem, quam ob varietatem  
doctrinarum, subtilitatem ingenij, suauita-  
tem eloquentia Aristoteli debeant vniuer-  
si . Itaque non immrito cohonestatus est  
eo titulo, quem inuidere illi possunt omnes ,  
assequi vero nullus , ut portentum quod-  
dam naturæ, atque Orbis miraculum dice-  
retur . Et re vera miraculum Aristoteles,  
qui non modo verborum interpretatio , poe-  
tarum lectio , historiarum pertractatio , ser-  
monis elegantia magnam conciliauit exi-  
stimationem , & laudem , sed præclarum il-  
lud sapientia studium , siue differendi ra-  
tionem , & ratiocinandi subtilitatem ,  
appellas ,

appellas, siue eas res, quæ à natura inuolutæ videntur, & causas, quibus eæ res continentur, inuestigandi prudentiam dicis, siue morum, & virtutum sapientiam nominas, totum hoc inquam Philosophiaæ studium præstantissimum omnium, ita & ingenio, & oratione cōplexus est Aristoteles, vt sui imitandi cupiditatem fecerit multis, spem planè abstulerit vniuersis. Ni mirum optimè nouerat procreatriam esse disciplinarum, & artium Philosophiam, à qua doctrinas ordine omnes, tanquam à fonte riuos, deductas esse intelligebat. Quid enim est omnium in hac rerum infinitate, atque naturæ, quod non acerrimè contempletur Philosophus? Quid est ita occultum, retrusum, deuium, & puto illo Democriti profundissimo conseptum, in cuius se cognitionem è rebus antea cognitis, & inuestigatis Philosophus non insinuet? Videntur mihi eius cōtemplationis speciem quandam adumbrasse ea argumenta, quæ sapientissimè in Achillis elypso, ex auro, atque argento affabré facta, cæcus ille, vt dicitur, qui tamen omnem scientiam rerum, litterarum luce illuminauit, Homerus prodidit. Erat siquidem in eo admirabiliter effecta, vt nōnulla bona vestræ cū venia cursim perstrin-  
gam,

# CHRISTOPHORI FINOTTI

gam, terra globosa, & solida, quam mari  
alludente Cœlum complectebatur. Sol ip-  
se moderator, & Dux temporum aderat, &  
longissimo ab eo digressu ; eiusdem radijs  
accensa lumine plenissimo Luna. Cætero-  
rum item astrorum, quibus propè innume-  
rabilibus Cœlum distinctum, & quasi redi-  
mitum apparet, longus ordo, & situs. Duæ  
præterea Ciuitates, quarum in altera quie-  
ta, & pacata dies festi agerentur, conuiua  
celebrarentur, spectacula exercecentur, lu-  
di semper, choreæ, Saturnalia, interdum  
iudicia. In altera verò bellorum fluctibus  
agitata, omnia calerent bello, streperent ar-  
mis, arderent cædibus, tûmerent insidijs,  
vastitate exarescerent, aceruis corporum,  
& pugnantium sanguine redundarent. Vi-  
sebantur item alia ex parte in opimo, &  
fertili agro quidam glebis subigendis exer-  
citati, qui proscissum, & mollitum solum  
ad satus excipiendos præparabant. Pende-  
bant in vinetis ex arboribus vitium vbera-  
te incurvescentibus maturæ vuæ; homines  
vtroque erant & percipiendis, & condens-  
dis frugibus occupati. Non deerat magni-  
tudo pastionis, in qua nitidorum greges ar-  
mentorum propter gelidorum amnium ri-  
pas luxuriantes pascebantur. Denique ut  
multa

multa paucis comprehendam, cælatus erat  
ordo puerorum, & virginum eximia for-  
ma, pulcherrimoque vestitu, qui per manus  
reste data, sonum vocis pulsu pedum mo-  
dulabantur. Quibus rebus omnibus ratio-  
ne, modoque dispositis nemo vestrum est,  
qui videat eo commentitio opere, tam va-  
riato Achillis clypeo, eius scientiæ, qua  
est rerum diuinarum, humanarumque co-  
gnitio, imaginem quamdam, partesque con-  
tineri. Hunc vero Aristoteles verus amator  
sapientiæ clypeum eo splendore, quem tot  
simulacra habent ex auro, gemmisqæ di-  
stincta clarissimis, ea varietate operum, qua  
nihil cogitari potest elaboratius, ea pul-  
chritudine, ac specie, qua illud esse decet,  
quod non Vulcanus nescio quis, sed rerum  
omnium Architectus, atq; Opifex Deus ef-  
fecerit, hunc inquam immensi pretij, atque  
operis clypeum ita tulit in prælium Aristo-  
teles, ut gloriose retulerit. Tulit laboris, ac  
sudoris in prælium, immortalitatis cù glo-  
ria retulit. Laborauit ille, pugnauit, vicit.  
Quid autem vicit? quid nō vicit? inuidiam  
vicit, famam vicit, eternitatem nominis  
vicit. Quid plura? parauit sibi apud omnes  
posterioratem gloriosa immortalitatis tro-  
phæa. Et durabunt illa quidem, quamdiu

O durabit

CHRISTOPHOREFFNOTTI

durabit posteritas, imo & amissa posteritate, apud perennes animos perdurabunt. Quid expectatis Auditores? ut longam hic vobis seriem scriptorum Aristotelis, & librorum retexam? Nolo ego diu ea in te inutilis immorari, quam copiosè plures alij, & presetim Diogenes ille Laertius magna cum utilitate omnium explicauit. Quis enim tandem nobis Poeticen, Rhetoricen, Logicen, Physicen, Metaphysicen, Historicen, Ethicen, Politicen, Oeconomicen, parua, & maxima naturalia, infera, supera, ima, sublimia, simplicia, mixta, animata, inanima, Meteora, mineralia, & id genus sexcenta tam eruditè, tam luculenter, tam speciosè representauit? Hæc igitur ea sunt Auditores, quæ famam Aristotelis, & authoritatem conciliarunt; hæc quæ illius ingenium, & doctrinam mirifice commendaront; hæc quæ fecerunt facillime, ut reiectis alijs Philosophis, vnuis iam diu floreat Aristoteles; vnuis cunctis penè hominibus sit in honore, ac delitijs Aristoteles; vnum denique hunc Authorem, & Ducem sequantur, qui cumque se ad Philosophię, bonarumque artium studia dediderunt, Aristotelem. Verum accipite hoc, quod & si erit auditu acerbissimum, erit tamen & dictu verissimum;

nec

ITTO Q. A. T. P. Q. XI. 15.  
nec fortasse ingratisimū scitu. Domīnū dī  
uinum hominis ingenium, & in diuturnam  
eius, ac penē incredibilem industriam, & in  
pureum illud flumen orationis animum,  
mentemque conuerto, cum & quæ ipse pe-  
pererit, cogito siue exoterica, siue acroama-  
tica, etiam si multa, & magna extiterunt, ea  
tamen omnia haud posse conferri existimo  
cum ijs, quæ parere potuisset, & parere v-  
luisse; vt non tantum Aristotelis obitum,  
qui viuere diutius debuisset, sed eius etiam  
operum, quæ vt dicebat Sappho, cetero quo-  
dam Vere florere potuissent, lamentari, ac  
dolere possimus. Et uero debuisset diu vi-  
uere Aristoteles, & plusquam diu, nē cito  
emori possent, quæ eius morte emori vis-  
sunt liberalium penē omnium artium dis-  
ciplinæ. Nulla est enim reliqua earum vita,  
nisi quam ijs viuens Aristoteles dicendo,  
ac scribendo vitam dedit. O vita igitur ijs,  
qui nihil agunt, præsæpe longa, Aristotelis  
certe, qui nunquam non agebat aliquid, mi-  
niatum breuis. Et quos putatis, amabo, nē si-  
lentio penitus id præteream, vnde magna  
exoritur Doctorum laus, fuisse discipulos  
Aristotelis? Quos auditores tam sapientis  
Philosophi? Quos perdiscequos eam scientif-  
simi Dacis? De Alexandro Rege, cuius an-

# CHRISTOPHORI FINOTTI

teā mentionem feci, nū dico, quādūm non  
modò in Philosophiæ præceptis, sed Imper-  
atorijs artibus eo doctore profecetit. Vos  
ex eo tamquam Iudices optimi coniectate,  
quod tantum Alexander Aristoteli tribue-  
bat, ut ei diceret se non minus debere, quā  
Parenti, cū ab hoc viuendi, ab illo benē vi-  
uendi rationem accepisset. Theophrastum  
etiam alterum eius nobilissimum auditō-  
reni prætereo, qui singulari doctrinæ, quādū  
ex illo hauserat, tantam dicendi suavitatem  
adipuxit, vt cū anteā Tyrannus diceret  
utrum Aristoteles properet diuinitatem  
orationis quamdam votitauerit Theophra-  
stum. Reliquos item fere infinitos non me-  
moro, tum quia longa nimis fieret nominū  
series, si omnes enumerarem, tum quia in re-  
nulli non cognita īutilis, ac superflua es-  
set labor. Mittam hanc igitur omnia. Audit.  
atque ut orationi mēa finem imponam, bre-  
viter ad sc̄ibam hic ea, quæ de Aristotele vi-  
ri & autoritatē, & doctrina præstantes me-  
moriæ prodiderunt. Audite verò, quid de  
tanto homine quodam loco. Parens ille Tulli  
ius eloquentię scripsérit? Quis omnium do-  
ctor? inquit ille, quis acutior Aristotele?  
quis in rebus vel inventiendis, vel iudican-  
dis acrior? quis in disceperando subtilior?

100 ORATIO XI. 105  
quis in oratione suauior? Quin etiam alibi  
sepe eundem appellat virum diuino quo-  
dam ingenio excellenter, subtilitate, scien-  
tia, eloquentia longe præstantem? Quid  
porro Plinius de Aristotele, a quo magnam  
partem accepit earum rerum, quarum tam  
locupletem, tam nobilem conscripsit histo-  
riam? Aristoteles, inquit, Vir immensæ sub-  
tilitatis Philosophiam longe minoris ambi-  
guitatis, magis remotam ab errore, sanctio-  
rem, diuiniorē, quam alij fecissent Philoso-  
phi, veriorem reliquit. De Themistio, siue  
is fuerit Simplicius, qui in libros Physico-  
rum Aristotelis conscripsit illud proemium  
nihil dicam; hic enim ita comparauit alijs  
Philosophis Aristotelem, ut eum omnibus,  
Platonii etiam magistro suo longe præule-  
rit. De Auerroe tamen quid ego dicam?  
Mihi quidem videtur is non habere Aristoteli-  
m tamquam unum aliquem mortalium,  
sed veluti Deum quendam Philosophorum  
colere, ac venerari. Et longum nimis esset  
omnes eius sententias, quæ ad laudationem  
Aristotelis faciunt, recensere. Nos vna con-  
tentierimus, quam in priori de generatio-  
ne animalium libro scriptam reliquit. Gra-  
tiae agantur Deo, ait ille, & semper agan-  
tur, qui talem, ac tantum hominem doctrinam

**C**HRISTOPHORIE FIN OTTI

næ perfectione se iunxit ab alijs; & propriæ  
eius fecit summam hominum dignitatem;  
quam nemo mortalium potuit unquam, po-  
terit vè attingere. Quid vobis Auditores vi-  
detur istis de laudibus? Satisne ille videtur  
esse ad immortalitatem Aristotelis confir-  
mandam? Nam ad merendam sua sunt'ope-  
ra satis. Deessent potest aliquid ad summam  
summi Philosophi laudationem? Nil pro-  
fecto. Nisi velitis, vt quemadmodum Lucre-  
tius suum affatus est Epicurum minus quia  
dem verè, ac dignè, ita ego Aristotelem om-  
ni cùm veritate, ac dignitate compellem. Fa-  
ciam libenter, vt finem faciam.

*Te sequor d' Graec Gentis decus, inque tuis nunc  
Fixa pedum pono pressis vestigia signis.*

*Tu Pater es rerum inuentor, tu patria nobis  
Suppeditas precepta tuis ex, Inlyte, chartiss,  
Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,  
Omnia nos itidem depascimur aurea dictas,  
Aurea perpetua semper dignissima vita.*



**IN**

IN OBITV

106

SERENISSIMI  
PRINCIPIS  
VENETIARVM  
MARINI GRIMANI

Oratio.



TSI Optimō Principi Marino Grima-  
no, Patres Illustrissimi, Nobilissimi  
Auditores, ob eius præclara, insignia-  
què facinora conti-  
gisse sic obitum cer-  
tò scimus, vt bea-  
tissimo illo donatus Concilio Spirituum  
Immortalium, superstitequè adhuc recorda-  
tione in animis Mortalium viuus; nihil mi-  
nus exposcere, quā lacrymas videatur, quo-  
ties tamen hæc ipsa funeris iusta honestissi-  
ma, debitaque Parenti Patriæ amantissimo  
parentalia piè, religiosequè persoluimus,  
toties Ecclesiarum atratæ aræ, pulli parie-

O 4 tes;

CHRISTOPHORI FINOTTI  
tes, cenotaphij moles, sepulchrales faces,  
lugubres cantus, consanguineorum squal-  
lor, totius Vrbis communis luctus, ac dolor  
quasi iam obducta cicatrice Reipublicæ re-  
tractata, vulnus acerbissimum refricant la-  
crymarum. Namque ut Marisco Principi lau-  
datissimo gratulari plurimum quisque de-  
beat, quod naturali parés necessitati ex hoc  
turbulento miseriārum salo ad portum Cœ-  
lestis Patriæ tranquillissimum, tutissimum  
què appulerit, quodque quantumcumque  
vixit nobiscum temporis, ita vixerit, ut cum  
laude, ac prædicatione rerum suarum, nomi-  
nis æterni famam, atque ingens sui deside-  
rium vniuersis reliquerit, pro nostra famen  
multa erga nos ipsos benevolentia, pro que  
ardentiissima in hac Vrbe, totamque Repu-  
blicam pietate facere omnes nequaquam  
possunus, qui quo tempore iacturę memo-  
riam amissi Parentis optimi renouamus, no-  
stram omniū filiorum, Patriæquè adēd gra-  
uissimam orbitatem, quando ferri non de-  
bet mihius, oculorum saltem luctuosorū  
studij prosequiamur. Itaq; neque mihi iam  
vitio verti poterit, quod demortuum Prin-  
cipem laudaturus tanto dolore cōmouear;  
atque perturber, ut animus meus, fētum qui  
vocabatur ad Panegyricum, māstum illicet  
recur-

recurret ad funus, lamentationique deser-  
uiat, qui cogitare debuerat laudationem.  
Tamen si, Auditores, hic me ipsum redar-  
guo, subindeque animum ad querelas pro-  
pensum, querimoniae penitentem ad com-  
mendationem, & praeconium reuoco; quod  
& me dicere satius esse iudico, quam dole-  
re, & vobis salutarius est intelligere, que  
imitari vos deceat, quam lugere, & Deo Op-  
xiimo Maximo eatum rerum, que Principes  
vitios extornant, commemoratio, quam fle-  
tus omnis esse consueuit acceptior. Atque  
haec quidem in Serenissimo Principe Marino  
Grimano tot, ac tantæ, tamque singulares  
fuerunt, ut cuilibet quamlibet exercitato, &  
rebus omnibus ad dicendum instructo, sup-  
peditare possint amplissimum, longeque  
maiis omni oratione, dicendique genere  
argumentum. Quid enim in Marino precla-  
rissimi non se nobis, atque Illustrissimū  
offert? An Generis, & Parentum nobilitas?  
At Venetijs nihil esse potest celebrius? An  
vitæ adolescentis animo digna nobile insti-  
tutio? At nihil præclarus? An progressus  
non minor in disciplinis, & bonis artibus,  
quam in dignitatibus, & honoribus? At ni-  
hil præstantius? An optimè, laudabiliterq;  
tes gestæ? At nihil admirabilius. An ter-  
minus

# CHRISTOPHORI FINOTTI

minus vita? At nihil integrius, nihil sanctius. Et quanuis ornementa repetere Marino Principi cum plerisque communia, non eum sit valde laudare, qui proprijs solum meritis, ac virtutibus nitebatur, ut nihil etiam defuisse penitus videatur, quo minus ex omni parte Princeps absolutissimus, atque ornatissimus esset, inde ego in presentia, unde sapientes in ornatis viris incipiunt, compendiariæ huiusc meæ laudationis initium deriuabo. Natus est enim Auditores Marinus Parente Griniano, & Matre Pisana, Familia Venetijs utraque celeberrima, utraque nobilissima, utraque prima, Quaruni quidem Gentium splendorem, ac dignitatem qui contemplabitur, vere hoc affirmabit, non multas reperiri Gentes, non dicam Venetijs, sed in Italia, in Europa, in uniuerso Terrarum Orbe, quæ possint cum illis, vel rerum gestarum gloria, vel nominis maiestate, amplitudineque conferri, ne dum etiam anteferri. Quis enim est omnium non omnino expers historiarum, qui primum ignoret, Grimanam Domini à Potentissimis, Maximisque olim ortam Insubriæ Regibus, insitam quam recepit a Maistoribus Illustrissimis gloriam, grandorem deinceps factam, nouis in annos, diesque singulari-

gulos laudum egregiarum accessionibus in  
 consequentem omnem posteritatem. vna  
 cum clarissimo sanguine deriuasse? Quis est  
 uniusorum, qui desciat, quot semper, &  
 quanta, quam fortiterque pro Patria, Vene-  
 toque Imperio tam augendo, quam defen-  
 dendo domi fecerint; forisque Grimani?  
 Quam semper in arduis, difficillimisq; tem-  
 poribus, quibus grauiter ægrotasse fertur  
 aliquando Res publica, Patriam laborarem  
 suis velut humeris ut extollerent, afflictani  
 sublevent, laborant acerrime, conten-  
 derint, decertarint, intentatuni ut nihil,  
 nihil pretermissum reliquerint; seque mal-  
 to studiosiores usq; præbuerint rerum com-  
 munium, quam propriarum, salutis om-  
 nium, quam priuatæ, publicæ libertatis,  
 quam vita suæ? Ego quidem ut amens sim,  
 nisi confitear Venetijs Grimanaam Familiam  
 fuisse nunquam nō fertilissimum Heroum,  
 Principum, Antistitum, Patriarchatum, &  
 Cardinalium tamquā aliquod Seminariū,  
 unde tot, ac tales, tātique viri profluxerint,  
 quibus, si ex infinito penè hominum nu-  
 mero daretur mihi, quos mallem, eligendi  
 optio; nec magnitudine animi, ac forti-  
 tudine, nec rerum perillustrium fama, nec  
 in Deum Optimum Maximum pietate illu-

libri

Itiores

CHRISTOPHORI PINOTTI  
strios habemus, quos anteponemus, ita  
puderet me magnopere diffiteri, Grimanos  
omnes, ne uno quidem excepto, optimè de  
tota hac Urbe, de Populo, de Senatu, de  
Republica vniuersa meritos exticisse. Nam  
ut vetustiora illa nè repetam, quæ ante  
nostram, & Auorum nostrorum memoriam  
à Grimaniis Heroibus olim gesta, & nobis  
lum scriptorum litteris consignata, nulla  
vnquam oblitterabit ætas. Ut illa taceat  
fulmina vestri huius Imperij, & propugna-  
cula, Marinos, Petros, Marcos, Dominicos,  
Moyses, Nicolaos, quorum bellicæ virtu-  
tes, & laudes annalium beneficio quamdiu  
vixerint, tamdiu admittantur omnes Gri-  
manum decus, extollent in Cœlum famam,  
dignitatem, & amplitudinem prædicabunt.  
Ut omittam eiusdem Familiæ penè innume-  
ros Equites, Consiliarios, Senatores, Pro-  
curatores, Imperatores, Patriarchas, Epi-  
scopos, Cardinales, quorum de laudibus,  
ac virtutibus nulla vnquam ætas, nulla tépo-  
ra conticescent. Ut nihil dicam de Cruce,  
quam Urbano Secundo Pontifice Maxime  
Nicolai Grimanii virtute, ac robore com-  
paratam, & pictam Grimanii omnes gerunt  
in stemmate, & sculptam ferunt in corde.  
Ut fiant hæc inquam omnia, pluraquæ eius-  
modi

mōdi missa, quē Venetorum Patriitorum annales commemorant, loquuntur historiæ, fama commendat. Cui perulgata nō sunt, quē Marini Principis Proaūus sapienter, fortiterque gessit Crimatus Antonius? Qui votis Patrum ferè omnium, ac suffragijs, bis de lectus maritimorum copiarum maximus Imperator, prima quidem vicē suo sic est functus imperio, nihil ut ad gloriam, famamque sui nominis immortalem desiderare potuerit; alia vērō fortunæ victio, non virtutis, peractis rebus minus feliciter, renocatum Venetias à Senatu, ibique nescio quid intidorum malevolentia passum calamitatis, Venetiarum paulò post Principem antē totius Populi prēiudicium, quām Patrum suffragia, prius vota omnium: & clamores, quām comitia declararunt. Quid de Parente Marii Principis honestissimo prorsus Viro, atque optimo, Diu- quē Marci dignissimo Procuratore Hieronymo? Qui suis virtutibus præclarissimis ed usque dignitatis in Republica Veneta proœctus est, ut præter Principatum, quo quidem dignus videri voluit, non item ut, amplissimos quosque honores, ac magistratus adeptus fuerit. Sed quid de Fratre? Hermolaο videlicet Illustrissimo Equite, atque  
co quo-

CHRISTOPHORI BINOTTI  
eo quoque Sancti Marci Procuratore p[ro] Qua  
paria cum Marino semper adhuc in Re-  
publica præstantissimus senator: cùm fe-  
cerit, hoc illi vnum: in e[st]herclè restat ad  
omne decus, vt in locum defuncti Prin-  
cipis hares succedat, quod utinam faxit  
Deus: Verum autem hoc satis videntur esse ad  
dignitatem Grimanae Familiæ demonstran-  
dam, aut si non satis, quid satis esse possit,  
non video. Nunc quid de Pisana, ex qua  
Marinus ortum sane duxit per Matrem nobis  
bilissimum, iugendum? Quām illa sem-  
per Vitorum florentium maiestate, autho-  
ritate, coassilio, prudentia, sapientia, ceteris  
que regijs, longeque maximis ornamentijs:  
Vere quodam latissimo gauisa est. Quām  
multis semper floruit Optinatibus, iisque  
quām Illustribus, quām ornatissimis, quām singu-  
lariibus, atq[ue] conspicuis Antistitibus, Pre-  
sulibus, Senatoribus, Imperatoribus, Car-  
dinalibus referendissima? Quot, & quales om-  
ni seculo viros, & Heroes non modo ad glo-  
riam, decusque suum, verum etiam ad lau-  
dom Venatorum omnium, totiusque Ur-  
bis, ac Reipublice solertissima, velut Bar-  
rens, arborque optima procreavit? Nē longi  
gani hic nominum, ijs commemorandis, pa-  
ruique idoneam ad id, quod yō umbras, con-  
tinua-

ginationem, & seriem faciamus, hoc vnum  
 Auditores pro ijs, quę dici possent, plurimis  
 habetote. Vrbeni Venetam, Remquę pu-  
 blicam vniuersam cum alijs certe plusquā  
 mille Brinjarijs, in star Cæli minutis velut  
 stellulis pfulgere, tū vero Pisanis omnibus,  
 quasi tot lucidissimis, ac maximis Solibus  
 emicare. Sed vt anteā dictum est, non nitit  
 tur Majorum suorum meritis, non imaginib-  
 us, non præconijs Marinus Grimanus. Ta-  
 lis enim fuit, ac tantus, vt etiamsi præclaris  
**Generis** ornamento caruisset, summum ipse  
 ytrique Generi ornamentū afferre posset, &  
 suarū spléodore virtutū cohonestare Maiores  
 etiam obscurissimos. Namque vt ea nō oriſ  
 modò, ac vultus, sed totius corporis pul-  
 chritudine naeſus fuerat, ex qua præstans quę  
 dam imago virtutis ingenitæ coruscabat,  
 sic existimans indecorum, ea velle rē ſolum  
 excellere, qua vinci non eſſet turpe, ornamē-  
 ta cætera ſi ad eſſent, ac vincere, ſi ideeſſent,  
 haberetur minimè gloriosum, neque præcla-  
 ram corporum constitutionem, animorum  
 pari cum dignitate coniungere, iam inde  
 à principio Marinus, quò tantò uenustior  
 eſſet mente, quantò formosior erat corpore,  
 ita vitam instituit ſuam, vt quibuscumque  
 poſſet, animum ſibi ſuum honestis artibus,

ac

# CHRISTOPHORI FINOTTI

ac disciplini excoheret. Quæ res quidem illi faceſſere non potuit multū negotij, quod haberet ingenium docile ad optimas facultates, & ad eas percipiendas ita laboratum & factum, ut quæ discebat, non tam accipere a Magistris, quāni ipſe ex ſe parere, eorumque reminisci quodammodo, ac recordari ex illa veteris Platonis ſententia, videtur. Itaque breui eam ſibi copiam variæ cognitionis, eam plurimarum ſcientiarum ſuſ pelleſtilem comparauit, ut & ſuos æquales omnes, & plerosque etiam, qui multos annos in litteris, ſcientijsquè percipiendis consumperant, longiſſimè cursu precepit reiuti anteuerterit. Iam verò eius mōres, non in illa ſolum atatis teneritate, verum etiam in adolescentia, quæ communī hominum conſuetudine, & propè ipsius Naturæ tacita lege, maiorē ſibi quamdā licentiam vendicat, ſeueri, graues, modeſti, faciles, atque ita compositi, ut eos, quibuscum versabatur, incredibili quadam urbanitate, quos verò ſolum intuebatur, inaudita quadam affectus, atque oculi grauitate, tamquam alter Socrates, quem ferunt uno aspectu ſibi animos intuentium amore, atque obſeruatio deuinxiſſe, mirificè ad ſe amandum, coſlendumq; pertraheret. Enimverò erat quædam

## ORATIO XI. *Fili*

dam in eo vis longè carior, ac sinecior, quam in Orpheo, & Arione, eiusdemque gregis hominibus, quos ad saxa in unum cogenda, & animos fidium sono concitandos fuisse instructos, Poetarum nux com-memorant, qua mentes, ac voluntates universorum ad se alliceret, flecteret, commo-ueret. Hinc illi suam hic operam, ille stu-dium pollicebatur; vntus amici personam sustinens diligebat, aliis partes inferioris exequens obseruabat. Denique, ut ex her-bescenti segetum viriditate speni certam colligimus futuræ messis, ita nemo tunc erat, qui non eum ab adolescentia, quem amabat, qualis deinde fuit, talem facilè au-guraretur fore. Virum integrum, atque honestissimum; sapientissimum, & optimū Senatorē; fortunatissimum, ac laudatis-simum Principem. Possuit multa dicere de domesticis officijs, de liberalitate, pruden-tia, comitate; multa de continentia, San-ctimonia, Religione, in Deum, & Sanctos, sanctamque Ecclesiam pietate; multa de reuerentia, & obseruantia aduersus Paren-tes, eorumque præceptis, ac monitis obti-peratione. Sic enim viuis Parentibus ita semper vixit Marinus, ut numquam omni-nō, neque priuatis, neque publicis in rebus

P voluntas

CHRISTOPHORI FENOTTI  
voluntas ipsius à sapientissinorum Paren-  
tum consilio discrepauerit. Quibus certè  
authoribus, cum ex ephēbis excessisset, du-  
xit Elisabeth Maurocenam, lectissimam,  
atque honestissimam fēminam. Ex qua cum  
illæ suscepτæ fuerunt grauissimæ, atque op-  
timæ filiæ, quarum vnam in matrimonio ha-  
buit Nicolaus Cornelius, alteram Aloysius  
Grimanus, utriusque Clarissimi homines, at-  
que in Republica spectatissimi, tum verò  
Donata, quæ Francisco Theupulo viro præ-  
statiſſimo primū nupta, deinde mortua.  
Parentibus lachrymas, merorem consan-  
guineis, ac propinquis reliquit. Possum in-  
quā multa dicere de rebus multis, sed mi-  
hi ante oculos obuersatur Reipublicæ di-  
gnitas, quæ me ad se rapit, hęcquę hortatur  
relinquere vniuersitatem. Annos igitur na&ctus  
quinque, & viginti, vbi primum ē patria,  
ut sic dixerim, egressus nido ad lucem Rei-  
publicæ venit, quod in eo maturitatem  
quamdam mentis, atque consilij penè om-  
nes agnoscerent, prīnis quidem illis hono-  
rum gradibus, sed tamen amplissimis orna-  
ri cepit. Adscriptus enim nec semel à Pa-  
tribus in eorum numerum, quos vocant Or-  
dinum Sapientes, quæ patere modò solent  
Primarijs Ciuitatis, consiliorum particeps  
publi-

publicorum, sociusque, ac testis arcanorum omnium factus fuit. In ea vero dignitate, incredibile dictu est, quot, & quanta Marinus pericula sui fecerit, quantum, & quale virtutis specimen, quantasque in usitatibus cuiusdam, atque inaudite prudentiae significations Patribus dederit vniuersis. Quam sepe in deliberationibus publicis sapientissimorum senum sententiae anteuerterit; que que illi facere in animo habebant, ea prior ipse concionatus ex suggesto, facundè, diserteque protulerit, grauiter, firmissimeque probaverit. Erant in Senatu, non diffiteor, eo tempore plures, qui suam sententiam apud Patres conscriptos ornatis, grauibusque verbis exponerent, qui copiosè, splendidèque dicerent, quæ sentirent, quæ utilia viderentur esse, decora, Reipubliceque conuenientia; qui magna voce, bonis lateribus, firmissimisque rationibus suadarent, quæ Patribus cogitanda, quæ gerenda essent. Erant non pauci, quorum subtile, perspicaxque ingenium in rebus inueniendis, artificium, & industriam maximam in contexendis, celeritatem, vimque aceritatem in proponendis, Senatus omnis admirabatur. At vero ut ex omnibus demo erat, qui Marini Grimani diuinum acumen, inv-

**C**HARISTOPHÖRT FINTT  
sitatem solertiam, admirabilem eloquen-  
tiam; & efficientiam non suspicere, ita ne-  
minem reperisses, qui nō eius se multorum  
annorum spatio discipulum, & Auditorem  
diceret, posse esse; quin non eo tanto se cre-  
deret in hisce rebus inferiori, quanto mihi  
nori ille erat ætate, rastum abest, ut superio-  
rem se duceret, aut parens. Atque ex eo q̄siq;  
dem tempore cum hisce Marinus instruc-  
tibus, præsidijsq; manitus, ita carus es-  
set omnibus, & acceptus; vix ut quāsq; in-  
geniū tripi carior foret, quālius carus hic, vni-  
uersis, cum quā cognitius fide, consan-  
tia, integritate, quāsibi beneficium cum  
moralib; onerum Parenem Deum con-  
ciliaverat, expeditam, facilemque fibi ad  
opinjā consequenda fecisset viam, ceteras  
quāque maiora onera Reipublicæ admi-  
nistrandæ nullo planè negotio obtinuit,  
obsecrata verò felicissimè, laudatissimèque  
administravit. Atque ego de ijs magistra-  
tibus nihil dico, quos in hac ipsa Vrbe in  
haç Orbis Terrarum luce mandare con-  
fuguit Respublica excellenti animo, vir-  
euge, authoritate, ac consilio præditis Vi-  
ris; quos omnes Marinus tanta cum omnī  
admiratione, suaq; laude obiuit, vt cum  
alijs alienam ipse prudentiam in ijs munc-  
ribus

ribus operundis inuidere non posset, statim  
 ceteris quibusque prudentia relinquitur in  
 uidendum. Cogitate ergo, si libet, vobiscum  
 animo exente Venetijs Auditores, Brixien-  
 sis Praeturae magnitudinem, grauitatem. Vobis  
 ipsi repetire, considerate formidolosum tem-  
 pus, turbulentam, atque difficilem tempore-  
 statem, qua Brixia Praetorio cum Imperio  
 praeftuit Marinus Grimanius. Mecum vos in-  
 memoriam reuocate: Civium illorum, vir-  
 bisque adeò vesanam commotionem, verus  
 illud inter se odium dissidentium Patrio-  
 rum, ciuilium discordiarum, bellorumque  
 tumultus, rixas, cedes, similitates, occisio-  
 nes. Quantos, Bone Deus, turbidus hic ipsius  
 Ciuitatis illius status? & quam grates omnia  
 in tempore Reipublice Venetorum inesse  
 timores? Quot, & quæ attulit incommoda;  
 quas perturbationes, quos motus? Vix ve-  
 rò Brixensi Populo Marii Grimani clari-  
 tas, & splendor illuxit, cum quicquid domi-  
 stica illæ bellorum altercationes offaderat  
 tenebrarum, repente velut exorto. Brixia  
 lucidissimo Sole, rotum abiit, & evanuit.  
 Diremit enim brevi non solum noua, leviora  
 quæ dissidia, sed etiam grauissimas contum-  
 uerias inter Principes Ciuitatis iam perde-  
 tuas, omniaque in ea Verbetam bene com-  
 peditam etiam posuit,

CHRISTOPHORI FINTOTTI  
posuit, & composita, quibus duodecimq[ue]nti  
praebevit mensibus, ita temuit, ut sapientia sua  
omnium sibi Brixienis sua voluntates, & ani-  
mos, studiumque obstrinxerit. Itaque siue  
et Vrbs Grimanaum Rectorem priu[m] ad se  
venientem summo cum gaudio, voluptate,  
legitimaque exceperat, ita postea perfunditum  
Principia dolore, ac laetymis prosecuta  
est abeuntem. O felix y[er] St. auspicatum admis-  
sionis exordium! O praeclarè, sapientis-  
fameque possum non tam rudimentum,  
quam incrementum. Tam verò Brixien sent  
Prætorum non multo post tempore secuta est  
Patavina; in cuius administratione Marinus  
Vig inticissimus ita fecerit, dedicatam  
multa, & tam lucalenta, cum aliarum virtu-  
tum omnia, tum vero in tanta illa calami-  
tate, ac rerum necessiarum penuria, qua  
rotta tuac Italia, parsque maxima Orbis Ter-  
rarum laborabat, liberalitatis suæ, ac bene-  
ficiositate testimonia, ut Venetorum Senatus,  
quemque omnes confitentur, & res ipsa lo-  
quuntur, cum ceteris in rebus rara quadam,  
& exquisita prudentia, tum mira in petro-  
scendis hominum meritis, ijsque suo pre-  
mio afficiendis celeritate præditum esse, cù  
iam in plurimis, maximisque negotijs Ma-  
rinii prudentiam, fidem, & magnitudinem  
animi.

animi expertus esset, cum vel absenti ad  
 Procuratiam summam à Principe id Re-  
 publica dignitatē, summis facinoribus  
 respondentem prouexerit. Hic ego, si poētē  
 quod solent, facere nobis idem Miceret; Ne-  
 storem; aut Ulixēū mihi stoma aliquod  
 cuperem eloquentiā; ut quemadmodum  
 vnde cunct honori amplificationē Marii  
 semper virtus excrevit, ita mea grandiorē  
 sese sensim attollere in explicatione laudū  
 stiarum, faceretque sublimiorem, ac dignior-  
 rem oratio. Vix enim fas esse iudico de re-  
 bus maximis, & grauiissimis verba facere de-  
 missō hoc, atq; humili genere dicēdi, quod  
 quæ oratorum Principis sententia est, de ea,  
 quæ dicimus, ad orationem, & oratio accō-  
 modari debet ad ea, quæ dicimus; nē stufo-  
 rum quod esset, luteo alioquin vasculo: gē-  
 mas, & aurum, aureo vel gemmeo lutum  
 excipiamus. Sed in hac conscientia mea  
 tenuitatis vnum illud me consolatur, & re-  
 creat, quod in ea Vrbe dico, quæ rerum ab  
 eo diuinitus gestarum non testis modo, ac  
 spectatrix, sed existimatrix etiam, & exornatix  
 fuit. Nam postea quam Venetias Mari-  
 nus Patauio reuersus est, duasque illas ad  
 Simmos Pontifices Gregorium Tertium  
 Decimum, & Clementem Octauum San-

CHRISTOPHORI SINGOTTI  
diffissime Recordationis, honorificentissime  
obijt Legationes, & summis illis Ecclesiæ  
Pastoribus, ac Reformatibus, totiq; Sedi Apo-  
stolicæ, totius Senatus nomine fidem, vene-  
rationem, & obedientiam præstítit; postea  
quæm eius recentis Oppidi, nō modò Reipu-  
blicæ Venetæ, sed Christianæ Arcis, & proprie-  
tati Palmarum prima iecit, & difficultia fun-  
damenta: Quo tempore post obitū Pascha-  
lis Ciconie laudatissimi Principis, Amplissi-  
mi, atq; Illustrissimi Senatorum nō insouci-  
to aliquo, aut subito animorum motu, sed  
post accuratam aliquorū dierū cōsultatio-  
nem ad deferendam Matinō Grimanō Statu-  
mam omnium in Republica Potestatem cō-  
senserunt, eodem tempore Vrbis tota Vene-  
tiarum de perspecta sibi, atque exposita  
eximia eius, præstantiè virtute, iudicium  
apertissimum dedit. Quanta enim tanq; illa:  
fuit plaudentis Vrbis hilaritas? Quæm ef-  
fusa omnium ordinum lætitia, & voluptas?  
Quæm multis, quæm apertis, quæm imus-  
tagis significationibus declarata?. Efferen-  
tiantur ab alijs quadam cum maiestate,  
triumphoque in ferculis regia veste amicti  
pueri, gestantes capite aurosum cornu, et  
simulachris, & imaginibus Fidei, & Iustitiae,  
Charitatis: quidam cum tympanis, tubis,  
corni-

1500  
et omnibus; alijsque manuis instrumentis pre-  
bante admittit redditum; quo tam dabo h[ab]e[re] pat-  
tura; leprosus operari potius siquod; perque  
ampliores vias transstretat; carmine aliquo;  
et encomio Puerum Principem salutare; as-  
sidiori intererat; I[ohannes] Rex; I[ohannes] Princeps concil-  
iatore; audiebantur hinc; inde Puerorum;  
Iuuenium; Senium; Sexusque omnis; Mallei-  
num; ac Virorum exultancium; gratulans-  
tium; seniumque Nostri ab Optimo Deo;  
Marino Principi de predictis vobis voces; At-  
diebantur undeque festiuissime cantantes;  
symphoniasi soni; suauissima carmina; can-  
da demique vobis; nesciuntis; ut riberint  
tota Civitas personabat. Quid plura? coro-  
ra Populo rorat ipse Senatorius gestiebat;  
atque ut coimmanem habebat cum Plebe;  
fataarem; atque optimum Principem; ita  
tantum sibi bonum & Republica beneficium  
gratolando; coimmane gaudium; atque festi-  
tiam sentiebat; illustreque quasi signum  
ad bene de omni Republica sperandam via  
debetur omnibus esse sublatum. Neque  
vero spem fessellit Grimanus. Cepit pro Vno  
be; pro nobis omnibus; pro Republica tam  
toque diligentius; quanto alius excubare  
re; ut id; quod nona opinione Venetorum  
Cuium praescerebat; certis rerun; et fa-  
torum

# CHRISTOPHORI FINOTTI

Eorum euentibus confirmaret. Videbat in eo se possum esse loco, unde tamquam ex alta specula, & ipse omnium facta faciliter posset perspicere, & sua ab omnibus perspici non difficile possent. Animaduertebat Rempublicam è singulis Ciuiis esse compactam, veluti quoddam corpus in quo quidem ceteri aliorum membrorum vice, Princeps verò vice capitis fungeretur; ac quemadmodum ægro capite minus bellè se habent corporis alias partes, ita Principe quantumuis leuiter ægrotante, totam quoque secum ægrotare Rempublicam necesse est. Quamobrem vehementius, atque ardenter procurandum, ille semper ut valeat, ut incolumis sit, hoc est, ut iustitiam, æquitatem, misericordiam, liberalitatem, aliaquæ omnia virtutum genera studiosissimè confessetur; nam hæc ipsa salus est Principum, Rerumq; omnium publicarum. Sciebat nihil esse Principi tam decorum, tam gloriosum, quam sibi commissis Gentibus prouidere, prospicere non tam suis, quam eomodis aliorum; non tam cōsulere propriæ, quam subditorum necessitati. Quocirca Marinus ut qui natum se sibi numquam anteā duxerat, Venetiarum Princeps creatus, mirum est, quantopere pro Republica vigilauerit,

lauerit, quantum studij , diligentie quæ pos-  
 fuerit in procurando non Venetæ solum  
 Gentis , sed Venetijs quous modò subditæ  
 bono? Quo ardore, quo desiderio totus ex-  
 arserit, etiam ut male esset, ac minus com-  
 modè sibi, modò bene esset reliquæ Ciuita-  
 ti. Qui cùm Rebus publicis nihil esse cognos-  
 sceret optabilius, nihil salutarius pace, cu-  
 ius & nomen ipsum per se dulce est, & ipsæ  
 res dulciores; quod bellorum motibus om-  
 nia ruant, concidant, pessum eant; nullæ  
 que res possint esse tam fortes, quæ demum  
 non langueant, nullæ tam firmæ, quæ non  
 euertantur, prouidit omni tempore, quod  
 & potens obtinuit, ut se Principe tamquam  
 illud Augusti pacatum sèculum redijsset,  
 pace perpetua Ciues Veneti frueretur. Quid  
 dicam de sapientia ? cuius cùm Senator, &  
 Procurator suæ dedisset Reipublicæ domi,  
 forisque argumenta quamplurima, cum in  
 legationibus, cum etiam in magistratibus  
 obeundis, quid mirum videri debet, si Prin-  
 ceps, si decoratus supremo illo apice digni-  
 tatum, tantam sapientiæ suæ lucem, tantum  
 splendorem, quascumque res ageret, longè,  
 lateque diffunderet, ut cum maxima admi-  
 ratione iustum quādam emulationem, &  
 inuidiam omnibus procrearet? Testantur  
 hoc

C H R I S T O P H O R I F I N O T T I

hoc Principes, Reges, Imperatores, Pontifices, qui in dandis ad se grauissimis, maxime misque de rebus responsis, Marini Grimaldi Principis singularem prudentiam sunt experti. Testantur hoc Principum, Regum, Pontificumque Legati, qui eum quoties audiuerunt loquentem, Catonis in eo grauitatem, Tullijque dicendi copiam admirabantur. Testantur secreta illa vestra conclavia, Veneti Ciues, vestram illa subsellia, illa, illa cubicula, illi parietes, illa tecta, quae conscientia fuerunt, ac socia tantorum consiliorum, & arcanorum. At yero ut Principes quantumcumque polleant, florentque prudentia, nisi patrocinium aequitatis, iusticiaque fiscipient, maximum in discrimen adducunt, salutem Ciuitatis, ita Marinus vir prudenterissimus, veritus ne se Principe periculum aliquod, ac discrimen subiret. Respublica pro cuius salute se, fortunas suas, suaque omnia libentissime deuouisset, quantum potuit, semper hoc egit, ut in iudicijs, & in foro, quod fundamentum est optimum. Urbium seruandarum, ius, & aequitas seruaretur. Quid de animi moderatione, de temperatia? qua quod Euripides in Bellerophonete, Menander in Misygyne, Sophocles in Ajace de fortissimis Heroibus, ac Dueibus

præ-

prædicabant, & quod Xantippe vxor affir-  
 mabat de Socrate, & in aduersis rebus, si  
 quas offenderet, optimè sapiebat, & in  
 secundis, ac prospéris, quarum habebat in-  
 gentem copiam, sibi maximè temperabat.  
Quid de Sanctimonia, quid de Religione  
 in Detim, ac Pletate? Nolite expectare Audi-  
 tores, dum ea committorem, quæ vos vidi-  
 stis; tam bene Maritum Principem, pieque  
 vixisse, ut ad amplissimas illius laudes glo-  
 riosissimum hoc item accesserit, quod fue-  
 rit omnibus tamquam speculum aliquod  
 augustinianæ sanctitatis. Nullum enim  
 passus est vniqtam abire diem, quo non di-  
 uinis rebus, non factificijs, ac sœpe cum la-  
 chrymis intetesseret; nullum, quo non solli-  
 citè se ad Sandorum, & Christi exempla li-  
 maret; nullum, quo non diligenter in se in-  
 quireret; nullum, quo non videret, quidquā  
 ne aut dixisset, aut fecisset, quod aut re-  
 pñhensum, aut reuocatum vellet. Sacras  
 uero quotidianas precationes quam sœpe,  
 quam sedulo, quam diligenter obibat? Iam  
 vero quæ faus in Principe præcipua est co-  
 mitas, assabilitas, ea ille tantum excelluit,  
 ut nimirum omnino quamvis æger aditu  
 ad se quemquam prohibuerit; numquam  
 omnino mestum, dolentemque dimiserit

num-

CHRISTOPHORI FLOTTI  
numquam verbis optimis, ac placidissimis  
non recrearit. De pietate autem summa  
in pauperes, de quæ ardètissimo studio, quod  
semper habuit egenorum, in opumque mi-  
seriæ subleuandæ, quid ego nunc plura præ-  
dicem? aut quid res in omne ævum omni-  
um Scriptorum ingenia fatigaturas, exorna-  
rè in hac mediocritate ingenij, & in his tem-  
porum angustijs coner? cui enim ignotum  
est, aut cui notius, quam Vrbi Venetiarum,  
quæta semper liberalitate erga inopes vsus  
fuerit? Quantam quotannis pecuniarum,  
annonæ, frugum omnium copiam eroga-  
rit? quoq; institutis, p;uisque inuentis pere-  
grinorū non aluerit modo, sed inflammā  
uerit pietatem? Testes vos hic appello Reli-  
giosorum sodalitates: vos hominum pio-  
rum Congregationes: vos integrissimarum  
Virginum cætus: vos viduarum, & pupillo-  
rum familias: vos hic appello Collegia, Xe-  
nodochia, pauperum & egenorum Domos;  
quas siue fundauit Princeps sapientissimus;  
& instituit, siue annuis auxit redditibus, & or-  
nauit. Vos, uos agite Marini benignitatē,  
munificentiam, egregium erga vos stu-  
dium canite, prædictate, Que nunc quidem  
dolere mihi iure videmini tam liberali Do-  
mino destituta, tñ benefico Princepe spoli-  
ata.

tr. Doletis enim obitum Parentis vestri,  
doletis grauem, quam Respublica vobis-  
cum fecit iacturam. Amisit enim ( heu rem  
luctuosissimam , acerbissimam ) amisit Au-  
ditores Respublica suum Principem, amisit  
Senatus, amiserunt Patriis suum Ducem,  
amisimus omnes, amisit Vrbs tota, & Res-  
publica suum Patrem. Mortuus est enim Ma-  
rinus Grimanus, quamvis ita mortuus, vt in  
omnium tamen ore ; atque animis insit vi-  
uus. Auolauit hinc a nobis, vt credimus , &  
speramus omnes, in locum feliciorēm, bē-  
tiorem. Vnus hic est enim cunctorum finis,  
perpetuo non hic viuere, vt alibi semper vi-  
uant, & vt nullo vñquam tempore moriant-  
tur, serius, vel citius semel mori; quod hic  
nobis diuina lege commorandi datum sit  
diuersorum, non habitandi; in quo non vt  
diu maneamus , sed vt ex eo exeamus feli-  
citer, optandum est. Ita enim , & qui nauigat  
non diuturnam ille malit nauigationem ,  
quam portum ; & qui militat, non perpe-  
tuam magis optet militari, quam victoriā,  
& qui laborat, non eo consilio laboret, vt  
alios ex alijs labores semper excipiat, sed vt  
demum aliquando post molestias conquies-  
cat. Aequi tamen nec omnium est laboran-  
tium certa quies , nec militum vniuersorum  
victo-

CHRISTOPHORI FENOTTE  
victoria, nec quorumque nauticatum por-  
tus, sed prudentiorum, sapientiorum. Sic au-  
tem ex hæ vita iactationis, periculique ple-  
nissima, ex hac militia omni ærumnarum,  
ac laborum genere exercita; ex hac inexhau-  
sta molestiarum vndique successione se-  
gete erumpimus quidé omnes, euadimus;  
feliciter solum boni; horum laudabilem,  
& honestam vitam honestissimus quoque obi-  
tus, sanctissimusq; exornat. Quorsum enim  
aliò in Serenissimo Principe mortuado-  
tor, octante, tamque singulare animi ve-  
re Christiani significaciones, quas dedit.  
Quorsum fortissimus ille animus, quo diu-  
turnitatem longissimi verbi, quo fessum  
tem doloris acerbitatem, quo mortuum spe-  
tam iam & imminentem tulit? Quorsum con-  
gna illa mentis, animique submissio, qua  
eorum Sacerdote confessus peccata sua, co-  
rum sibi veniam petiit à Deo dari? Quorsum  
memorabilis veneratio, qua salutare Viati-  
num, Sacrosanctū Christi Corpus exceperit?  
Quorsum tam placide, ac patienter Sacro  
Oleo perungit, ac deliniri? His nimisrum pro-  
fidijs, his Sacramentis armatus, munitus-  
que Grimanus cùm toto eo tempore, quo  
loqui potuit, vel in magnis, gravissimisque  
doloribus illas modo voces interrupcis su-  
spirijs,

spiris, & Bone Deus, & Iesus bonè iterasset,  
 ad eum, quem concupierat, quem in ore, at  
 que animo moribundus habuerat, Deum  
 Optimum Maximum euolauit. Et sic qui-  
 dem ē. vīte hic appellem ) Marine Princeps  
 Inuictissime, tocm optimè actum est, qui  
 ex hoc inquieto, ac turbulentio miseriārum  
 pelago, ex hoc vasto, & calamitoso pturba-  
 tionum Oceano ad portum quietis, ac trān-  
 quillitatis perpetuæ placidissimum appu-  
 listi, & solutis aliquando vītē huius impe-  
 dimentis ad Cœlestem, Patriam subuolasti,  
 vbi æuo sempiterno, & beatissimo perfrua-  
 ris; cum Urbe verò Veneta, & vniuersa Re-  
 publica rātō gratus, & acerbius actum est,  
 rātō tecum gloriösius actum est, & felici-  
 tis. Nam tu quidem præclaris tuis actioni-  
 bus, & virtutibus preparata iam in Celo præ-  
 mja regulisti; Veneti verò omnes afflicti me-  
 ntent, ac iacentes desiderio qui; nec Veneti fo-  
 rum Cives, sed quicumque præterea tuam  
 vel libidinem præsentiam conspexere, vel  
 singularem benevolentiam sunt experti. Ta-  
 temet si quos omnes tuus hic discessus in Ca-  
 lum verius, quam decessus pupugit, & affli-  
 oxit, non tuam felicitatem, lucenique im-  
 mortalitatis quod doleant, sed agrè quod  
 ferant incommodum suum, vna hæc co-

Q.


gita.

CHRISTOPHORI EINOTTI  
gratia cōsolatur, effusis absq; apud Deum  
precationibus fore, vt ad bonum Reipubli-  
cæ procurandum, Pitrūm & Virilium  
conspirantibus animis Princeps æquè pius,  
ac tu fuisti, atque optimus deligatur.

SERVATIA. ANTHONY.



ad hanc p[ro]p[ri]etatem  
omnes q[ui]nti, q[ui]n  
interiori p[re]dicti s[unt]  
spicere, q[ui]n ex i[n]t[er]iori  
p[re]dicti s[unt] p[re]dicti s[unt]  
exteriori p[re]dicti s[unt]  
interiori p[re]dicti s[unt]  
spicere, q[ui]n ex i[n]t[er]iori  
p[re]dicti s[unt] p[re]dicti s[unt]  
exteriori p[re]dicti s[unt]



ad hanc p[ro]p[ri]etatem  
omnes q[ui]nti, q[ui]n  
interiori p[re]dicti s[unt]  
spicere, q[ui]n ex i[n]t[er]iori  
p[re]dicti s[unt] p[re]dicti s[unt]  
exteriori p[re]dicti s[unt]  
interiori p[re]dicti s[unt]  
spicere, q[ui]n ex i[n]t[er]iori  
p[re]dicti s[unt] p[re]dicti s[unt]  
exteriori p[re]dicti s[unt]

J. F. D.

IN

**I N F V N E R E**  
**I N N O C E N T I A E**  
Valaresseæ

**S A N C T A E M A R I A E**  
*In Cœlestibus Abbatissa*  
Oratio



Vturosum quidē, ac  
triste, solēne tamē,  
& iustū, Integerri-  
mæ Virgines, insi-  
gni pro vestra pic-  
tate, & egregia er-  
ga illā voluntate,  
quæ viuēs vos per-  
petuò coluit, offi-

cīū mortuæ soluitis Innocentiae Valaresseæ,  
Sanctissimæ, atq; optimæ vestri huius Cœno  
bij Abbatissæ. Cuius vel ipso commemorato  
nomine, quāta ex vestro cuiusq; animo vis  
doloris iustissimi, quantū ex oculis lachry-  
marū, fletusquè erumpat, testes suntō pulli  
isti parietes, atrata hæc ipsa moles, funesta  
hæc testa, facella, altaria, quæ funebri hoc,

Q 2 &

CHRISTOPHORI FINOTTI  
& squallido apparatu vestrā omnium queri-  
mōtiā, vestram ex obitu Dilectę Matris grā-  
dēm tristitīā & considerantū animis, & in-  
tuentū oculis magna ex parte præseferunt,  
ac declarant. At enim & mihi tacitè vestro  
nomine sic videntur effari. Ap̄ non æqua do-  
lendi ratio, an non iustissimus māror? An-  
tistitem nostrā amissim⁹, amissim⁹ lectissi-  
mā Fœminam, verius catissim⁹ Matrem, &  
dum Matrem amissim⁹, heu vulnus graue,  
vñeratū genus om̄e perdidimus, que iactu-  
rā fecimus innocentes. Itaq; vna ynius ia-  
stura quā male copiū pñxit multa multorū  
damnia, & quæ vro ingemiscimus cōmuni-  
nalo, & multa, & magna priuatorū cōque-  
runt proprie, sicut vno quasi fulmine te-  
stum omne, partes illius omnes, & omnia  
ornamenta conciderint, qui sedē incolumi  
hac vna nobis incolunie constitissent. Mor-  
tua enim illa est, & post graue senium mor-  
tua, quæ pro multarū salute florentem vitā  
viuere perpetuā debuisset; & quæ superstes  
secum vna plurimarū vitā seruasset, & nunc  
extincta spem quoq; salutis eripuit vniuer-  
sam. Quamquā ego vix patiar ita conqueri,  
Patres Amplissimi. Quid enim appellemus  
extinctam, quæ non extincta, sed loco tan-  
tum, & interuallo à nobis distincta est? quid  
voce-

vocem as demortuam, quæ ex uera nō obijt,  
 sed è mortali vita ad immortale obijt? Abijt  
 illa à nobis, non obijt, quæ & præsens adest.  
 supremo hunc muneri, quod gratè persoluimus,  
 & in hoc ipso officio & vestrā Matres  
 Inclitæ pietatē, & nostrā Sacerdotes Opti-  
 mī religionē demiratur, & auitat. Utinā verò  
 quando nihil omniū prætermittitur, quæq.  
 pertineat ad hasce illius exequias pro di-  
 gnitate celebrandas, tale in etiā inueniissetis  
 laudatorem, qualenq. & vester in eam amor,  
 & laudādæ Innocentia dignitas postularet.  
 Habetet enim tu illa partem meritorū sua-  
 riū fructu orationis aliquo cōpenfatum, &  
 vos grātissima Filia digniora vestra humani-  
 tate officio erga Matrem piissimam fungē-  
 retristis? Sed mihi nulla nunc est facultas in-  
 genij, nulla dicendi copia, quæ si fuit inter-  
 dum aliqua, ea nunc omnis non exarescen-  
 tibus præ iusto dolore lachrymis prorsus  
 exaruit. Vestræ enim hoc loco societatis  
 personam, vestræ Congregationis acerbam  
 vicem sustineo, quæ hoc interitu sic affecta,  
 & afflita est, vt hac vna se tantum cogita-  
 tione sustentet, quod Innocentia eam sem-  
 per duxit vitam, ea morte sublata est. (si-  
 mors est appellanda Immortalium vita) vt  
 quemadmodum viuens maximam semper

Q 3 habuit

# CHRISTOPHORI FINOTTI

habuit apud homines gratiam; ita & mortua immensam videatur apud Deum gloriam habitura. Nam vero quoniam natura sit, ut in vita functionum desiderio tedium noster requiescat animus, quam diu quidpiam de ijs vel audimus, vel loquimur, propterea quod haec ratione videntur nobis ante oculos collocari, & quodammodo reuiuiscere, quando huc processi, dabo operam Auditores, nec abs te laborabo, ut breuiter aliqua, leviterque perstringam, quibus, quod quidem erit facillimum, laudissime Fœminæ laudes innuneras recordari, ac meminisse possitis. Qd  
dum ficio, & quæ dicam, vestro confirmabuntur testimoniò, nec opus habebò ascita aliude accersere, aut longè perita. Tanta est enim Auditores, ut inde mea proficiat ut oratio, Valaressi Familię, unde orta est Innocentia, amplieudo Venetijs, atque dignitas, ut nulla omnino ihueniatur vel authóritatis, & sapientiaz, vel opum, ac magnificenciez latit, quæ in Valaressam Gentem non abunde conueniat. Ea est inter primas Venetorum Patriitorum Domo amplissima, quæ una pro pémódum cùm ipsis Reipublicæ Venetæ inserviabilis natæ, quam ab ortu primo pietate in Patriam, & benevolentiam ebibit, eam perpetuò, quæcumq; esset fortuna temporuni, coluit,

coluit, ac seruauit. Nec ullum curæ vñq[ue] genus vel laboriosum omisit, in quo singularem per suos suis Cuiibus operam nō nauarit, ta fideli vfa semper officio, quam bona, ac memor Filia Parenti optimè meritis perso suendum existimaret. Egregiam yerd laudem, at certe debitā. Num irum Viri Ort natissimi, homines non tam sibi nascuntur quam 2 lijs, & secundum p[ro] Deum, cui plus d[icitur] beant, quam Parenti, & Patriæ, nullum habet. Imo & hoc ipso Celesti sunt Intelligentia[m] munere insigniti, vt more Intelligentiarum, que Cœlestes Orb[es] ad Mundi huius inferioris indigentiam sublevandam conuolunt, alienā necessitatē, aliena pericula, & cū primis Patriæ, Ciuiumq[ue] agnoscāt, ijsque quantum valent, suo cursu, ac motu opitulentur. Ita demū Patriæ, qua illos peripit, auxit, confirmavit, parē gratiā relaturi, si pro eius aris, ac focis, pro cōmuni salute, pro Ciuiū libertate, se se totos, sua omnia, rē, & sanguinē, vitamq[ue] ipsam deuouerint. Quod an Venetijs præstiterint haetenus pro Republica Valaressi Patriij, multò vobis est clarius, atq[ue] apertius Auditores, maior est etiā cōmuniis fama, quam vt ipse mea dobeam oratione testari. Ego quidē vt taceam reliqua, hoc vñ tacere non possum, præce-



lentiissi-

# CHRISTOPHORI PINOTTI

centissima Imperij, & honorū insignia, q̄ in  
Valaressa Domō fuere, suntq; etatissime, nō  
sita facile cōferri solere, nisi post lögā labo-  
rū seriē, post magnā, & amplā meritorū mo-  
lē. Ut hinc facile intelligatis, quod Regu-  
blicę Venetę Valaressa semper fuit Donus  
gratissima, & Républicā Venetū sēper suis  
le Valaressis gratissimā. De Genete. Innoce-  
tiæ plura non dicā. Nihil de clarissimis eius  
natalibus, nihil de fundarietis eius adole-  
scētix factis, nihil de tyroeinio amplissimis  
maiestatis. Silebitur per me incredibilē su-  
isse adhuc Infanciæ modestiā, atq; oris for-  
mā, & venustatē Virgine perelegati dignis-  
simā. Absoluā bteui. Nihil optare solitos à  
Deo homines ex ijs rebus, in quibus arbit-  
ratū vulgo ineffe felicitatē, nihil prestare  
Deū hominibus consuesse, quod Innocētix  
Valaresse in ipso exortu suo dignitus non  
obtigerit. Quāquā illa, quæ diuino afflata  
Numine nouerat, Mundi istas verius quam  
opes, inopias, miseras potius quam deli-  
tias, è re corporis quidē esse, nō stē animi, fa-  
cile adduci potuit, nec aliund exquisimam-  
dū est, quam à Deo, vt primo etatis flore cō-  
temptis quibuscumq; Parentū, atq; amico-  
rū illecebris, neglectis voluptatibus huius  
sēculi, in eā se Virginū, & sacrarū Puerarū  
socie-

societatem inferret, in qua cum alijs Christo  
sposo, ac Domino nomine daret. Itaque vix la-  
ete Matris subdulitatem, ut ita dicatur, undecimum  
ages annū Innocentia, a salute Mundi anno  
supra mille quingentesimo duodecimo sa-  
cerdos eius. Ad eam ingressa est. Mirum hic Auditor  
tore esse sentiri, qua alacritate animi, qua le-  
ticia, qua seruitus, hilaretas. Domino deseruit  
eas; auctoritas suadens sacrorum officiorum, ut a-  
manus diuini cultus, ut fidei religionis, mo-  
destia, pietatis, aliorumque propriorum ornamento-  
rum sedula procuraretur. Enim puerò elucebat  
in prima illa aetate futurae sanctitatis iubar  
quoddam eximium, atque ex aspectu ipso, & oris  
dignitate sedisbatum, sed nullo magis ex in-  
genij bonitate, ac moribus. Puella ad imper-  
mandum nata. Apparebant enim in yultu nec  
parua, nec fallacia magnarum signa virtutum.  
In fronte maiestas, in oculis modestia, in ge-  
nis venecundia, in incessu gravitas, benigni-  
tas in sermone, in omnibus summa gratia. Di-  
scite igitur Pueræ, vos hic alloquor, Virgines  
et optimè discite, quæ sit vobis tenenda via, quæ  
optima vita ratio. Non euagari, quod absit,  
hanc illam oculis, sed intra sinum colligere;  
non frontis liberiore aspectu utri, sed mode-  
stiori, & graviori; non incessu, non verbis mo-  
re fascinientiū hominū, sed utrisque patiens  
obligare.

# CHRISTOPHORI FINOTTI

oblectari, deum gratiam, honestatem, modestiam, Dei cultum amare. Haec sunt ipsa, quae nos decent studia, haec officia, non humanis rebus, sed diuinis vacare, non Terrarum Orbis negotia, sed Cœlestia persequi, non de caducis huius vitæ voluptatibus, sed de perpetuis, atque immortalibus cogitare. Verbo, odisse omnia, præter Deum nihil amare. Habetis hac in re Duce egregiam, Dei Parentem Integerrimam Virginem, quem ab infante etate ut soli Deo vacaret, abdicavit se Mundi, & sacrarum tecum Aedificis sua se spote occulit. Haec sequimini, haec imitamini Virginem Optime huius ad exemplum vos conformate. Quod si forte multo est excellentius, quam ut speratis assequi, saltem ne consequi desperetis. Ensigna, & faces vestra vobis præstulit Innocentia, quem si non assecuta Deiparam Virginem, longe saltu secuta est. Vedit illa nihil esse posse carius Virgini, nihil acceptius Deo, quam ut quem Virginitatem una cum Virgine voueat Deo, Dei, Virginisq; nitorem, simplicitatem, atque innocentiam amet. Namobrem illa in ea semper cura studiosè incubuit, ut vel Puerilla memoriæ recolens Genitricis Dei, recolebat autem assidue, quascumque in ea præclaras dotes, omnes autem tales deprehendebat, ijs pro se vteretur tanquam in uitam sanctam

T E T O N I S   I   O D E C A D E   X I I I

O R A T I O   X I I I      144

to sanctimonio, & que instrumento exercet  
de virtutis. Sic enim secum ratiocinabatur  
Innocentia, regum omniſi preſia externali-  
rum, omnia tui corporis, tu animi orname-  
ta Deleſſe. Immortalis munera, ad eumque  
largitorem meritissime referenda; ut quæ  
madmodum ab Oceano omnes affluunt  
aqua, ad eumque rursus longo arbitrio reuer-  
tuntur, ita bonorum omnium vis, & com-  
pia à Deo manet, à qua amne dazū optinū-  
& omne donum perfectum defutsum est.  
Apostoli, ut verbis year, ad cunamque ipsum  
tandem aliquando transfandi debeat. Hæc  
mens erat. Infanciæ, hæc religiosa puellæ  
opinio, quam effectu quoque dare non longi-  
gum distulit. Suscepto sp̄i, quando per  
ætatem h̄c, intra seprā faci huius Cenobi-  
lii Virginis habitu, atque eo peracto anni  
curriculo, quod ad probatinam, & instru-  
ctionem expenditur, solemnī se voto casti-  
tatis, obedientiæ, paupertatis coram Deo,  
& N. Abbatis religiosè obstrinxerat. Mi-  
rūm ex eo tempore Auditores, quanto illa  
ficeret Religionis amantior: quanto studio-  
sior optimarum legum, & sanctissimorum  
inititorum. Mirūm quam magnos ficeret  
in disciplina Monastica, in piecage, ac reli-  
gione erga Deum laudatos progressus. In-  
telligebat

CHRISTOPHERI NOTTI  
telligebat profecto Innocentia , vt Mundo  
antea ex parte antiqua deseruisset , solidum  
Deo deseruendum , vt antea placuisse homi-  
nibus , posthabita tunc omni hominum  
indulgentia , non ut alij placeret , quam Deo  
maxime opere laborandum . Nihil vero esse ,  
quod hominem Deo magis commendet ,  
quam ipsa misericordia humilitas , religio , pietas ,  
tolerantia , scribendi genus ornamenta quae  
plurima , & saepe illa concionibus , saepe au-  
diens , & frequenti sanctiorum librorum  
usus , ac lectione sapienter didicerait . Itaque  
ut aliquando id assequeretur , Innocentia  
in propositam ecclesie veram felicitatem arbitra-  
batur , diu , nonctuque hymnis , precibus , sa-  
crae lectionibus , cantationibus , sanctis , piis  
que operibus inuigilabat , divinam hoc pa-  
cto benivolentiam & amorem , quo nihil  
habebat carius , liceat ita loqui , mercando .  
Vidisse Adolescentulam interaque uas tunc  
agentem , veluti longuam senem . Nimirum  
& senex erat , & adolescens ; adolescentem  
faciebat etas , sapientia senem . Quippe ut in  
genio prudentiam , sic & usu precurribat  
etatem . Audisse illam non de fabellis , ac  
nugis , ut solent aliae , sed de rebus grauis-  
simis , atque optimis disserente , monen-  
tem interdum alias , alias arguentem , qui-  
bus-

busdam & similes & calcaria, frænuin alijs  
 adhibentem, has sedulò excitantem, illas  
 prouide retrahentem, nunc impellentem;  
 nunc retardantem, vnde vellet, & quoquā  
 vellet, trahentem; deum quod de Protheo  
 Iepidissimè fabulantur Poëtæ; in varias il-  
 lum, formas, & aspectus consueſſe mutari,  
 nos longe vetius INNOCENTIA Magis-  
 tri Optimæ tribuerunt, pro tempora op-  
 portunitate, & rerum conditione suis se  
 æqualibus prudenter accommodasse, quā  
 suas fortiores in Domino & vitijs, culpisque  
 retraheret, vel ad secundam virtutē accent-  
 teret. Quāmq[ue] idem ob causam, quanto in  
 honore, ac pretio p[re]ciositatis illam fuisse? quam  
 vellementer cœpisse ab omnibus diligi, co-  
 li, & obſeruari? quam dulcem quādam in-  
 ter omnes contentionem nasci, que maxi-  
 me omnium INNOCENTIAM Vala-  
 rem tam vel admirarentur, vel amarentur, in-  
 certe omnes utrumne ip[s]e admirarentur ve-  
 flis, an auerarentur. Admiratio enim maxima  
 est summis virtutibus nascitur, ex admi-  
 ratione maxima summus amor. Utolint  
 Thalimante Itim, ex Irismorem nasci Poë-  
 tæ voluerunt. O præclarum ergo, & admira-  
 bilem aureorum morum Magistrum. O  
 probitatis sanctissime posita non tam ru-  
 dientia

CHRISTOPHORI FINOTTI  
dimenta, quam incremēta. Quid expectatē  
Auditores? ut longam hic seriem virtutum  
eius retexā? Vixit semper Innocentia, quā-  
diū vixit, & vixit diu, non tam morum di-  
scipula, quam magistra. Assuefuit usque  
annū pīs meditationibus, iīsq; ut nūbuc-  
ret alias, pro viribus laborauit. Sacras quo-  
tidianas precatōes numquam omisit, nisi  
mōbo impedita, & cū obiret, quam dili-  
genter, ac pie? Reī vero diuinam quam se-  
pe videbat, quam religiose, quam sancte su-  
mebat? Quām erat in legendo frequens, se-  
dua in orando, assidua in contemplando?  
quām se assidue ad sanctorū, & Christi exē-  
pla limabat, quā solicite in se inquiriebat?  
Quām attente videbat, nē quid differet, aut  
faceret, quod postea reprehensum, aut revo-  
catū vellet? Quā porro Virginū demissior  
Innocentia, quā dicto audientior, quā be-  
nignior, quā charitatis amantior, quid op-  
paratiissimā semper imperio vix præcipien-  
tium voces audierat, cum illico factum vi-  
deres, quod erat præceptum? De ieiunijs nō  
tam ab Ecclesia imperatis, quām sua volun-  
tate susceptis, quibus carnem macerabat, ut  
spiritum excitaret, nihil dicam. Nihil de  
parco yīctu, nihil de vestitu. Mittam etiam  
libenter nocturnas illas excubias, & vigi-  
lias,

lias, quibus frequenter se exercebat. Silebo  
etiam maximas illas virtutes, integratatem,  
innocentiam, sapientiam, moderationem  
animi; temperantiam, mansuetudinem, clementiam  
plurimisque alias, que singulae volumen  
propere futuri, non tantum orationem deside-  
rent. Vtum hoc, quod ad vita rigorem,  
& carnis macerationem attinet, perenni di-  
gnum memoria, non silebo. Quin etiam cla-  
re dicam, alioquin loquar, ut omnes exaudi-  
ant. Innocentiam Valaresam certum, ac triu-  
annorum foemina, tot enim inter nos an-  
nos vixit. Virginem integrissimam, Praesidem  
Augustissimati, nullo umquam splendore  
vestrum, nullis deliciis vsam esse; sed pro li-  
neas, hispina, vel pretiosiori aliqua, qua so-  
lemus vti subucula, a primo die ingressus ta-  
ti huius Cenobij ad supremum hunc fune-  
ris usque diem, panno, asperoque indusio-  
semper indutam, cum eo etiam, & in eo, a  
quo accepit animam, eidem reddere vo-  
luisse. O exemplum austritatis, temperan-  
tiaeque pulcherrimum. O mente Bernardo, ac  
Benedicto Patente dignam. O animum ve-  
re fortei, moderatum, maximeque Christianum.  
His ergo viritudi fundamentis, hoc vite ge-  
nere iaudatissimo ad eam crevit etate Innocen-  
tia, in qua cum etate crescit etiam con-

silij,

**C H R I S T O P H O R I F I N O T T I**  
sifij, prudētīq; maturitas. ad eos scisicēt an  
nōs vénit, cū Sacro Virginitatis vel ea de-  
cūt honestari. Quod quā demille, quā reli-  
giose, quā humiliter cēperit, ipſi vōs cōgi-  
tate! Profecto vt demissa erat in omnib. ita  
maximē se contémnebat in ijs, quē p̄fēctar-  
tiōrem laudis famam conēliabat. Et illa  
la vēsum illud Virginitatis nōs ad decora-  
capitis, sed ad ornāmentū animū, non ad fa-  
mā p̄fēctariā, sed ad memoriam cōfūentiā,  
non ad sūl celebritatē nōmīnis, sed ad sūl re-  
cordatiōne officij deferebat. Quoties enī  
illud aspicere, q̄ roties induere contingebat  
sepe autem contingebat diebus m̄rgulis, to-  
ties promissi sūl, toties sūl debiti, toties h̄e-  
re. Detum optimē voluntatis recordabat.  
Atq; vt eam corporis innocentia, enī men-  
tis integratatem, quādī nomine p̄fērebat,  
Deoq; consecrata, incorrupta, & sūl sa-  
bē serilafet, diligētissime cōtēdebat. Totve  
rō inter bona, vē ante vicisset alias, ita seip-  
sam vē humiliitate vinceret, laborabat. Eam  
famē p̄tēas gloriolam esse victoriā, quā  
quis de se ipso magis, quā ex hōtib. repor-  
tarer. Cogitabat enim Innocentia, nullā esse  
causa in gloriationis in homine, nō generis  
nobilitatē, non opes, nō diuitias, nō oris ve-  
nustatē, non Optimatum studia, nō vulgē  
amo-

amorem, non nobiliū obseruātiām, quibus omnibus iure suo potest gloriari, non ipsam morū pulchritudinē, nō mentis candorē, non corporis puritatem, non gratiarum omnium, non virtutū præstantiā, & dignitatē; quod hæc omnia Dei dona esse nouerat, diuinatus elargita. Diuina misericordia re-ferenda, infiq; Deo, sine cuius auxilio nihil boni cogitare possumus, ne dum adipisci, ut servet, perpetuò committēda. Quid plura? Verbo complectar omnia. Quo erat plenior dirinis emperib; Innocētia, eo se profundius demittebat. Et in omni officio nihil magis curabat, quānè quod Deo tribuebat, tribueret videtur ostētationi. Sed expectare iam hic ridemini cum partem Audit, qua Innocētia honores, gradusq; persequuntur, ac veri foris scilicet longius quam velle totis, exigitur oratio. Ego vero & quod debeo, faciā. nec vos tamē dūcios detinebo. Nē vnoquē de excepto omnes in amplissimo hoc cœtu Virginum gradus, donec ad supremū Abbatissā perveniat, assecuta est. Neque id im-merito. Quid enim deerat Innocētia, quod in munerebus præclarè obēundis desideretur. Prudentiam? At ea ipsa velut uno parlatā typo duxeris prouidentiā, ut de Amorē concolum cœantur. Sed alissimè. At quod

R de

# CHRISTOPHORI FINOTTI

de Protagene inquit Apelles, manum de  
tabula illū tollere nesciuisse, verius adscri-  
bito Innocentie, quæ suis in actionibus cū  
abundè satisfaceret alijs, satis sibi numquā  
faciebat. An vigilātia? At Epaminondæ olim  
Thebanorū Ducas vestigijs insistendo, cùm  
sotimo indulgerent alijs, sacras istas Aedes  
obābulabant. An in gregē pietas? At Tiberij  
Cœsaris intellexerat vocē illā fuisse omniū  
laudatissimā. Boni Pastoris esse tondere pe-  
cūs, nō deglubere; hoc est lanā, & non pellē  
detrahere. An comitas? at meminerat Tra-  
iani vocē illā aureā, & pulcherrinā, qui amī-  
cis incisantibus, quod parū memor Impera-  
toriæ maiestatis, nimiū omnibus esset ex-  
positus, amicè respondit; talē me prestabo:  
Imperatorē priuatis, qualem ipse priuatus  
optarē; comitatē videlicet Principibus, atq;  
alijs clauum tenentibus Republicæ cōmen-  
dando. An in omnes beneficentia? At opti-  
mē nouerat, quod de Vespafiano Filio mē-  
moriæ proditū est. Super coenā recordatum  
antiquādo, quod eō die quicquā nemini pre-  
stitisset, memorandā illā, meritoq; laudatā  
vocem, non sine lachrymis edidisse. Amici  
hunc diē perdidimus. An lenitas? At Théo-  
dorū imiore legerat, cùm ab amicis roga-  
retur, quamobrē neniūne corū, à quib; la-  
cesseba-

cessebatur iniaria; multaret pena, cum posset, serenius respodisse, utinā licet & mortuos ad vitā renocare; eoq; animo, & exemplo ad omnē se lenitatem Innocentia, & mansuetudinē cōponebat. An authoritas? At nē ipsi quidē Pythagoræ Philosophorū maximō influidebat, cuius discipulorum vox illa cōmuniſ erat, quasi summā in suis concertationibus iustitiae. Ipse dixit, quo dicto omnes acquiescebat. At laboria negotijs? at operosior nullus; an industria in agendo? at nulla admirabilior; an in prouidēdo consilūrat nullū salubrīus; an celeritas in cōficiēdo? at nihil præstentius. Quid rogatis? felicitatem? at nihil vñquā optasse dicitur. Imbecillia, quod diuina ope nō obtinuerit. Qīra ergo Mulierē mostra magis artas deprehensib; quam magis admirabuntur futura tecilla Huberis in ea Virgines optime, quod admirantur; habentis quod amulemū habetis, quod imitemini, quod inuidatis, factūtis, et non item quod assequamini. Gaudet enim Hec Innocentia, & gaudabit semper apud vos priuilegio, ut amulas cū virtute habeat plūripias, pares, verè parpaucas, aut omnino nullas. Quocunca quid mirum, quod sacrōs ulti toties præfecturam, officium custodiam, agrotanum curam de-

CHRISTOPHERI NOTTI  
mandaueritis, quæ sunt grauissima nostre  
Iuins Republicæ munera? Agnoscebatis  
in ea videlicet nihil non prestans, graue, sin-  
gula re, eximiū, summa religio, pietatis  
coniunctū. Videbatis irreius vos tutela, &  
patrocinio positas tutas esse. Sciebatis ni-  
hil ab ea opperirios posse, unde non frui  
etis admirabilis lausque amplissima redun-  
daret. Quid, quod regimen totius Cenobij  
annos noue, & continuos summa cum laude  
Prioris titulo tenuis, quod nulli vñquā in  
hac vestre societate recordamini cōcigisse?  
Quid quod annos quinq; & viginti, & plus  
etiam aliquid Abbatissæ officio laudabiliter  
vsq; ad interitū sancta est? Profecto ut si-  
gularis erat virtutibus Innocentia, ita quæ  
singulari honore donaretur, dignissima vi-  
ta est. Et ijs quidē temporibus quā se vobis vi-  
gilantem præbuerit, quam amantē publici  
boni, quā solicitā diligētē, & piā, alieno nō  
opus est testimonio, cū valorem restro. Offer-  
ebas illi quarundam preces, & scandiebas.  
Exponebas voluntatē? emendabas. Offere-  
bas indigentia? sublevabas. Exspectabas  
consilii? adhibebat. Quarebat intendū ipsa  
occasiōne, que prodeisset alijs, & decebat,  
nec plena tantū tribuebat manū beneficium  
sed etiā facile. Inter longēdū enim, vel dan-  
dum

dū, nulla vrebatur vñquā aut asperitate ser-  
amonis, aut cōtractione frontis; vt accessisse  
quaāpiā p̄cūnītēt. Multō putabat fatus ob-  
cas, q̄ dignas essent, indignis eciā beneface-  
rē, quā ve nō indignis prodeſſet, dignas etiā  
prætētire. O Mulierē longē gloriōsiore offi-  
ciniuſiēre. O foemina ōmni hōnore, ac p̄f-  
dicatione dignissimā! Tēnē verō tā misericō-  
diantēt, & tā præclaris munēribus Chri-  
ſianis, xā longo, & cā illūſt̄i perfūctiā quōd  
ea præditā Antistit̄is dignitatē, quā in augū-  
ſiſſimo hoc Cenobio amplissima est, quam  
tot anhos sapienter ad eō tenuisti, vt ipsa  
plus et honoris attuleris, quam illa tibi! Te  
Innocētiā Valareſſam, satis enim valeat hoc  
ipsam nōmen ad tuas virtutes verbo ostendandas! Tēnē diē extēmū obiſſe? Tu si effe-  
ſot tēne hoc funas? Fibi statutā pōmpā ad fe-  
pulchrū aspectū, lacrō; miserabilē? Ad ſat-  
reitib⁹ ad ſeretib⁹ tot Vitorū, ac Mulierū eg-  
tus, tū ve honore habeam tibi, tū ut ſuſ-  
to ſentur dolorey quē lachrymis, ſletat quē  
declaratis? O easum acerbissimā! O obitum  
deploratidū! Q̄dāmquā Auditores, ſi Chri-  
ſianā eius mortē impiciariſſis, ante aetate  
q̄dām ſinillū, & maxime cōſentanea,  
cam ita ſuisse reperiemus, vt nō dolore, ſed  
gaudio, bencuſtētia, nō miferecordia pre-  
sequi

CHRISTOPHORI FINTI  
sequi debeamus. Quid enim eo vitæ termino, quæ fecit, religiosius, quid augustius, & quid sanctius? Quippe Auditores nouū Innocentiae nunquā visum fuerat ē vitâ infligere, quæ se mortalem esse meminerat; eaq; int̄ cogitatione perpetuō vixerat, semel ex hac luce migrandū, atq; hoc ipsum relinquendū esse siue corporis tabernaculū, siue Terræ domicilium. Itaq; extremo illo tempore, cùm preter seniū illud graue, quo tanquam genere morborū maximo grauissime angabatur, infer magnos corporis cruciatus, & dolores innumeros constantissime ageret, cōponere sese potuit quā facillime ad transītū, atq; instruxta Christiano omni viatico ad Christū euolare. Et certe tā insignis vita quasi elegans fabula, que tā præstantes habuerat ceteras partes, extremo debuit actu præstantissimo terminari; qui quidem talis fuit, vt haud sciam, an meliorem nos exitū optare possumus. Mortua est enim Innocentia, si tamen moritur, qui immortalitate affequitur, ornata omni instrumento, ac prædita, quod Christiana Religio tribuerit homini, atq; impetrati solet, quæ parat ad mortē, impetrata videlicet peccatorū suotū veniam, sumpto Christi corporis sanctissimo pabulo, & extremo munere sacraeunctionis obtene-

obtento. Ut Innocentia ista mortis opportunitate non lamentatione, & misericordia, sed gratulatione, & benevolentia prosequi debeamus. Beata nepe dicenda est, quia in Domino mortua est; nec verò mortua, quia eum secuta, qui vita est, in quem qui credit, etiā si est mortuus, viuit. Neq; enim ego tuā Innocentia Augustissima mortem fuisse dixerim, qua decessisti e rebus caducis, sed vitam, qua in æternas immigrasti; neq; te obijisse existimarim, quā pura fides, & integra hinc summa in Deum religione, hinc grata in omnes beneficentia, quasi geminis sublatā alis Columbam eū in locum exēxit, ubi sine cura quiescas. Vitale videlicet, & verā nacta es vitam, & eō die nacta, quo visā es mōri. Etsi melius dixero, quo die ex hoc mortali Templo ad immortale alterum fructura perpetuō subvolāsti. Enim uero parerat & consentaneum, ut tibi pro Templo Templū redderet Pissimus Deus. Tu enim hoc qualecumque, certè magnificum, splendidum, gloriosum, ornatissimum, tuo consilio, cūm esses Antistes, tua opera, tuo studio sub Marię Matris nomine Deo Filio exiisti, consecrasti. Opus re vera, sine assentatione loquar, quod ita vicit Venetorū Templorum magnificantiam, ut posteriorē om̄nem.

# CHRISTOPHORI FENDTI

nem admiratricem potius, quam amicam  
habere posse videatur. Ille verò vicissim, ut  
qui pietate non patitur, inquit vinci; sed  
pro tercilio, & obolo thesauros molargia-  
tus Celeste illud, & immortale, vidis exo-  
dificatum lapidibus, diuinoque artificio la-  
queatum, tibi, tuoque, Coetui candidissimo pre-  
parauit. Ecta quidem rō iam loci appulsa-  
es, ubi aeternam felicitatem, quam diu anima  
ueras, concupiescas, expectaueras, compa-  
rasti; ubi labores tuorum fructum, & opa-  
tiorum seifinum messem copiosam, atque  
vherem collegisti. Ibi beatoe uasis, seruies  
in omnem aeternitatem. Et erit quidem tuus  
apud nos imortalis memoria, que tam  
mactarum virtutum exempla nobis reliqui-  
stis; sed longè immorealis rapido Denuncia-  
tiois quem tuos labores, tua morita, tuam  
animam collocaisti. Eta vero Innocentiam, i  
Beatissimam, Dei illo aspectu, quem deside-  
rant Angeli conspicere, pro tua voluntate  
persestueret. Sacro illo spirituum Immorta-  
litati, Diuorum, ac Divinarum Ecclsiacum  
dissimo oblectare; & Beatissimarum Virgi-  
num Choris immixa, exultanti festitia,  
gaudioque triumphus. Dixi.

R. I. N. L. S.